LITURGICA
SEU
MODI
DEVOTE CELEBRANDI
MISSAM.

Patris THOMÆ MŁODZIANOWSKI
POLONI, SOCIETATIS IESU.

Cum scitu & approbatione Illustrissimi & Reverendissimi Domini,

D. ANDREÆ
TRZEBICKI,
EPISCOPI CRACOVIENSIS,
DUCIS SEVERIÆ, &c. &c.

Secunda Editio

POSNANIÆ
Typis COLLEGII Societatis IESU.
Anno Domini 1682.

FACVLTAS
R. P. STANISLAI BRANICKI Societatis Iesu PRÆPOSITI PROVINCIALIS PER POLONIAM.

LITVRGICA, seu Modi devotè Missam celebrandi, à Patre Thoma Młodziánowski, Societatis Nostræ Sacerdote & Theologo conscripti, & à Patribus ad revidendum deputatis, lecti, & probati, concessâ mihi potestate, ab Admodum Reverendo Patre Nostro IOANNE PAVLO OLIVA, Præposito Nostro Generali, ut imprimantur, concedo: si tamen id videatur illis, ad quos pertinet. Cracoviæ 31. Martij, Anno 1676.

STANISLAUS BRANICKI

LECTOR

VElle novum ritum inducere, dicendi Missam, impietas foret, velle ob privatam devotionem, ultra proborum consuetudinem, prolongari eandem, culpâ & vituperio non careret; procul ab intentione scribentis, utrumque hoc malum.

Intentio scribentis est, dare materiam internorum sensuum, habendorum, sub tempus dicendi Sacri. In spiritu exercitati, scient, hæc posse practicari: incipientes, cum tempore, Deo adjuvante, discent; quos suffecerit præmonuisse: sensim, & per partes, hæc legenda, penetranda, sub tempus vel Meditationis, vel Præparationis ad Missam, præcerpenda esse: experienturque, quàm velox sit anima, in suis cogitatis.

Addidi & Affectus, Solennitatibus & Festis competentes, ad *Conciones*, *Meditationes*, *Institutionem spiritualem*, accommodatos. Item *Paraphrasim Orationis Dominicæ*, quæ pro conditione Sacri, seligi possit. Denique *Varios Actus* devotionis, ut dies, sanctè decurrat.

Quod attinet ad uſum horum affectuum, in Concionibus, certè etiam nonniſi aliquot, pro implenda notabili Concionis parte ſufficient, ſi ad captum proponantur, & diducantur.

Actus qui hîc ponuntur, poſſunt non à ſolis uſurpari Sacerdotibus, ſed & ab eis, qui devotè voluerint, vel ſeſe præparare ad Communionem, pro eaq; gratias agere, vel audire Miſſam.

Præparatio ad Miſſam, item gratiarum actio, paucis mutatis, etiam ab iis, qui Sacerdotes non ſunt, adhiberi poteſt, dum communicant; ipſa LITURGIA, ſerviet, ad devotè audiendum Sacrum: affectus autem, qui ſubjunguntur, omnibus ſunt communes. Sit hic auſus noſter, & labor,

Ad Majorem Dei Gloriam.

LITVR-

LITVRGIA UNIVERSALIS.

Nomine Liturgiæ accipitur hîc, Modus Missam ab Ecclesia præscriptam dicendi devotè, & subintelligendo varios affectus, verbis ut plurimum Missæ alligatos. Nomine autem Liturgiæ Universalis, accipitur hîc, Modus dicendi Missam amplior & axaggeratior, præ particularibus modis, qui sunt adstricti certis aliis, diebus: ita, ut ex hac Universali Liturgia, suppleri debeat, quod in particularibus, intermissum. Porro casu, quo suggerantur sensus, præter principalem verbis ipsis adstrictum, illi primariò constanterq; inhærendum: secundariis autem, nonnisi quousq; verba illos patiuntur. Secundariosq; hos sensus appellare potes: Sacras distractiones.

§ *imus.* PRÆPARATIO MISSÆ ET ACCESSVS

1. Fiat actus Contritionis, qui extendatur, non tantùm ad mortalia, sed etiam ad venialia peccata, ut ita purus ab omni inquinamento, ad DEI tui altare accedere possis. 2. Si vacat, dicendus Accessus præscriptus in Missali; Item illa Oratio: Ego volo celebrare Missam; Deniq; incidens in illam diem Oratio Ambrosiana. 3. Accipiendæ Personæ variæ, & illarum nomine, adoranda Eucharistia.

Actus præmittendi Sacro vel Communioni.

1. Accipio Personam omnium irrationalium creaturarum, cum omnia sua farragine, in Tua Domine Omni-

mnipotentia contentarum, & earum nomine, Te in Sanctissima Eucharistia contentum adoro, totiesq; adoro, quoties omnia possibilia in thesauro omnipotentiæ tuæ continentur. 2. Accipio Personam Omnium damnatorum, præcipuè tamen eorum, qui specialiter sunt damnati, ob Eucharistiæ abusum; & in supplementum omnium blasphemiarum, quæ fiunt in inferno contra Eucharistiam, acclamo Tibi Domine: Laudetur Sanctissimum Sacramentum. 3. Accipio Personam omnium Ethnicorum, de hoc mysterio nescientium, aut scire nolentium, & illorum omnium nomine, Te adoro; dignus enim es Domine, ut à toto mundo adoreris, ameris. 4. Accipio Domine Personam omnium Hæreticorum, & Schismaticorum, quà te blasphemantium, quà non credentium, quà injuriose tractantium, & eorum omnium nomine, Te in Eucharistia contentum, veneror & exalto. 5. Accipio Domine Personam omnium malorum Catholicorum, qui se fructu & usu Eucharistiæ indignos reddiderunt, reddunt, reddituri sunt, & in eorum persona, jam tibi dedicata, & addicta, Te amo, Te desidero, Te recipio. 6. Accipio Personam omnium Sanctorum Catholicorum, quà consecrantium; quà communicantium tantum, & eorum Religione, Te colo, eorum desideriis, ad Te sincerè, ut vides Domine, anhelo; anhelo autem præcipuè eorum communicantium desideriis, quorum multi, si Sacerdotes fuissent, ô quàm impensiùs & sanctius Tibi ad altare servissent; has omnes & omnium Tibi notas devotiones, mihi approprio, Tibiq; eas impendo. 7. Accipio Personam omnium Animarum Purgatorii, quibus si daretur ad altare accedere, si daretur communicare, nonnè majori amoris tui igne, quàm flammis Purgatorij, arderent? hos amoris æstus concentro in cor meum, & illis æstibus, ad Te incendor. 8. Accipio personam omnium Sanctorum, jam in cælo triumphantium, qui si desiderare

aliquid

aliquid felicitatis possent, id etiam unicè desiderarent, ut illos Eucharisticè pascas. Tibi DEO meo notis illorum affectibus, nunc ad Te feror, celebrare desidero, Tequè mihi communione unire.

Quis dignius Domine tractavit tuum Sanctissimum Corpus, Tuâ Sanctissimâ Matre? cui si obtigisset felicitas non tantùm Maternitatis, sed etiam Sacerdotij, quot maria affectuum illa tibi in sacrificio profudisset! Feror in Te Domine affectibus Matris Tuæ, effundo Tibi sacrificans mare illud affectuum, quos Mater Divinissima. elicuisset Sacerdos. 9. In Te desinit omnis dignitas creata & increata, Prime & Novissime Sacerdos, Domine mi IESU. Da mihi Domine communionem totius illius sanctitatis Tuæ, quâ sacrificium hoc & instituens, & in Cruce efformans, Tibi illud, Patri, & Spiritui Sancto obtulisti. Hac Tuâ sanctitate decoro Domine affectus & actus peccatricis animæ meæ. Decora Domine os meum prolaturum consecrationis Verba, ultimo exspirio oris tui; decora manus meas, manibus tuis, Corpus Tuum in Eucharistia ferentibus; decora omnibus Divinis interioribus tuis fæda viscera mea, ut commodum tibi evadant hospitium, & maneas mecum in æternum.

§ 2. APPLICATIO SACRI, ET INVITATIO CHRISTI.

APPLICANDUM ERIT SACRUM, secundum quod Theologi illud dividunt. Nempe in quantum est Latreuticum seu Adorativum; Gratiarum activum; Impetrativum; Propitiatorium.

Quoad Primum. 1. Offero Tibi Domine Sacrificium hoc Corporis & Sangvinis Tui, in adorationem Supremæ Excellentiæ DEI Patris, Dei Filij, Dei Spiritûs Sancti, DEI Unitatis, DEI Trinitatis. 2. Immolo illud & Tibi ô DEUS, in quantum prædestinator es,

& altiſſimæ inſcrutabiliq; Tuæ de me diſpoſitioni, & quidem æternum duraturæ. 3. Veneror hoc Sacrificio infinitam miſericordiam Tuam, quæ ſecundùm multitudinem miſerationum Tuarum delebat, delet, delebit, ut ſpero, multitudinem iniquitatis meæ. 4. Adoro hoc Sacro, Divinam Iuſtitiam Tuam, & eam munere hoc Euchariſtico placo. Accipe tremenda Iuſtitia Dei, Corpus & Sanguinem Domini mei, & jam reſpice in faciem Chriſti, & non reſpicias, plures arenâ maris, iniquitates meas. 5. O inexhauſte Theſaure, Providentia Dei Creatoris mei, ad te miſer peccator recurrens, & tuarum miſericordiarum benigniſſimarum mendicus, dono, & devoveo Tibi Euchariſticum convivium, ut Tu mihi ſuperimpendas benigniſſimas protectiones tuas. 6. Si ivero Domine in cœlum, Tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades: nullibi non es, qui ubique es. Tuam hanc immenſitatem præſentiæ, exalto digniſſimo hoc Sacrificio, & adoro. 7. Adoro inſuper totum illud chaos, totam abyſſum & pelagus Divinarum dignitatum, Attributorum, Excellentiarum Tuarum, & adoro his ipſis perfectionibus Euchariſtiæ adſtrictis, in illaq; modo ineffabili contentis.

Quoad Secundum. 1. Gratias tibi Domine hoc ſacrificio ago, pro beneficiis datis Humanitati Domini mei Iesu Chriſti, itemq; Dominæ & Heredi meæ, cujus ego non ſum dignus vocari Filius, (utinam condignum mancipium eſſem) Deiparæ Virgini. 2. Gratias etiam tibi ago Domine, pro omnibus beneficiis datis & dandis Electis tuis, præcipuè iis, qui me in cœlo jam exiſtentes, communione ſuâ ſpeciali, per impetrata mihi beneficia, dignati ſunt. 3. O quot Theſauros Domine, beneficiorum tuorum effudiſti in reprobos & damnatos! Illine tibi pro illis gratias agunt? Immò potiùs blaſphemant Te Domine! En ſacrificium gratiarum actionis pro omnibus beneficiis tuis, etiam genti illi maledictæ impenſis. 4. Et quomodo

modo Domine mi, oblivifcar beneficiorum mihi indigniffimo collatorum? Creafti me Domine, poft tot pericula & morbos, confervafti, Sauguine pretiofo Filij Tui redemifti, mundo per Religionem vel ftatum meum fubtraxifti, Sacerdotem fecifti, donis Tuis naturalibus & fupernaturalibus ditafti. Quid ergo retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? & retribuit multa, cum nunquam pro illis fupplicaffem, ſpecialiq; fua providentia me femper refovit; ideo hoftiam & Calicem falutaris accipiam, & nomen Domini invocabo, etiam has gratiarum actiones extendendo, pro beneficiis cuicunque, quantumvis irrationabili creaturæ aliquando præftitis, item extendendo gratiarum actiones pro beneficiis, quæ nondum mihi dedifti, daturus es mifericorditer, darefque, fi dignus effem,

Quoad Tertium. 1. Offerro tibi Domine facrificium hoc, ut impetrem majus augmentum gloriæ accidentalis Tibi ipfi Deo meo, à Te ipfo, & poft Te, in augmentum gloriæ accidentalis Domino meo IESU Chrifto, Beatiffimæ illius & meæ Matri, totiq; Curiæ cœlefti; præcipuè Sanctis Patronis meis, & nominatim iis, quorum dies annua, ingreffùs in cœlum, erit dies agoniæ meæ. Vellem etiam Domine mi, impetrare Patriæ meæ, Poloniæ Tuæ, apertum finum benedictionum Tuarum, vellem impetrare in toto mundo amantibus Te, augmentum amoris Tui, omnibus in peccato mortali exiftentibus actum amorofiffimæ Contritionis, omnibus infidelibus lumen fidei, omnibus nunc certantibus, aut poftea pro fide certaturis, gratiam Martyrij. Vellem impetrare omnibus nunc agonizantibus, & poftea agonizaturis, finalem perfeverentiam, omnibus tentatis fubfidium, afflictis confolationem, immò vellem Domine, nullam effe in mundo Creaturam, etiam inanimem, cui aliquid hoc infinitæ dignitatis facrificio, non fit à me impetratum. 2. Et quid mihi Domine mi in particulari impetratum vellem? Da

mihi Domine gratiam dignè celebrandi, communicandi, viatico, in extremo agone, non carendi. Da mihi Domine confirmationem in gratia tua, ut non permittas me separari à Te. Da mihi victoriam omnium, sed vel maximè earum tentationum, quibus de facili succumbo. Transforma me Domine in te, ut Deo meo plenus, vivam in æternum. 3. Denique tam magnus est mearum miseriarum saccus, ut ne numerum quidem mearum necessitatum inire possim. O Dives Domine, miserere tam magni mendici, id omne & totum mihi da, quod me scis petere posse, petere debere. In paricularì autem offero tibi Domine Sacrum hoc pro N. N.

Quoad Quartum 1. Offero Tibi Domine infinitam hanc propitiationem Divinissimi hujus Sacrificii pro omnibus illis peccatis, pro quibus Tu in Cruce cruentum Sacrificium Tuum voluisti offerre, obtulisti. 2. Offero pro omnibus sceleratissimis facinoribus & peccatis meis, & notabiliter pro primo, quo unquam resolvi me, ut offenderem Te. 3. Offero & pro eo notabilissimè, quod notabilissimè cum majori Majestatis Tuæ indignatione, perpetravi. 4. Offero & pro eo, quod forte oculus Tuus Divinus, videt, nondum me adæquatè confessum esse, vel si confessus sum, nondum singularius pro illo, temporalem diminui pœnam. 5. Offero Tibi Domine pro omnibus Ethnicorum infidelitatibus Hæreticorum & Schismaticorum blasphemiis, fidelium irreverentiis, pro ipso item abominabilissimo Christicidio & Antichristi peccatis: nam vellem, nullas unquam esse offensas Tui, & si sunt, nullas esse irrecompensatas. 6. Descendo etiam in infernum vivens, & offero Tibi illud, pro pœnis animarum purgatorij: da illis libertatem, da saltem levamen pœnarum, præcipuè verò illis, quas modo inibi Tua Iustitia punit, & ego eas ipsas, adhuc in Purgatorio reperturus sum. In particulari pro N. Sub hæc, fiat applica-

plicatio Sacrificij, in quantum *Satisfactivum* est, secundùm quod devotio vel obligatio dictat.

INVITATIO CHRISTI.

1. DA mihi æterne Pater, Filium Tuum, eo affectu, quo eum, in salutem humani generis obtulisti. 2. Da mihi Te ipsum ô Verbum æternum, eo affectu, quo affectu, Te ipsum, Naturæ nostræ humanæ conjunxisti. 3. Da mihi Spiritus Sancte, Corpus & Sanguinem Domini sumere, & da eo affectu: quo affectu, Corpus illius in utero Virginali aptasti. 4. Da mihi Te ipsam Humanitas Domini mei, eo affectu, prout à Verbo terminata, hoc Sacramentum instituisti. 5. Da mihi Virgo Beatissima Unigenitum Filium Tuum in Eucharistia inclusum, eo affectu, quo affectu illum, in salutem humani generis, genuisti.

§ 3. ACCESSUS ad SACRUM. ET ALTARE.

1. E*undo ad Templum, repetantur hæc Verba:* Veni Domine IESU, & noli tardare: Esurio Domine Corpus Tuum, sitio Sanguinem Tuum: Te immolabo, Tibi. Amo Te Domine, & doleo ex toto corde meo, quia Te summum & infinitum bonum, vel minimo peccato offendi. 2. *Ubi veneris ad Templum,* Adorando Eucharistiam dic: Da mihi Domine gratiam dignè celebrandi, communicandi, sine hoc viatico salutis, non moriendi. 3. *Aperiatur Missalis Liber,* Et memor eris, quia liber scriptus proferetur, in quo totum continetur, unde mundus judicetur. Vel petes ut per doctrinam, aperias cum Agno, aliis librum. 4. *Lava Manus* in lachrymis Magdalenæ, Petri, Matris dolorosæ, aqua lateris Christi, reflexeq; pete, ut sine pollutione mentis & corporis, valeas, verè infirmissimus, Domino servire. 5. *Aptetur* Hostia, & benedicatur hic ager, ex quo hic panis,

& vi-

& vinum sacrificij, collectum. Bene precare & istis, qui hæc, huic loco providerunt. 6. *Impone* tibi amictum, protestans, quòd præ Corona aurea, eligas tibi spineam, cum Catharina Senensi, peteq; ut te muniat Deus, ad expugnandos blasphemiæ & tentationum contra fidem, præcipuè in morte, incursus. 7. *Dealba me Domine*, sed quo? Vulneribus totius Corporis IESU, ut Sanguine hujus Agni dealberis. 8. *Affectu* S. Thomæ Aquinatis & Affectu S. Ignatii, pete cingulum Castitatis. 9. *Merear* Domine. Pete tibi gratiam Contritionis, & fletûs in omni confessione, præcipuè in agone, & ut multum pro Deo labores, recepturus mercedem laboris. 10. *Redde mihi Domine*. Desiderium excita cordiale recuperandæ innocentiæ baptismalis. 11. *Domine qui dixisti*. Renova proposita, servandi præcepta & vota Religionis, ut consequaris gratiam. 12. *Elige Tibi* semper Patronos, in quorum comitatu procedas ad dicendum Sacrum, præcipuè Sanctos illius diei. Designa locum Sacrificij Tui v. g. locum Martyrij, domum Beatissimæ, Cunas vel sepulchrum Domini, Locum in quo quòd sis moriturus, prævidet Deus. 13. *Ubi Veneris ad Altare*, & feceris v. g. adorationem vel reverentiam Cruci, pete audientiam apud Sanctissimam Trinitatem, & Dominum IESUM. 14. *Ubi proximus ad Altare accesseris*, præcipuè vicinior Eucharistiæ factus, pete ut sicut S. Ianuarij sanguis, illius applicatus capiti, bullit, ita ad viciniam hanc, totum cor tuum bulliat amore.

§ 4tus. INCHOATIO MISSÆ, Usque ad Evangelium inclusivè.

1. APERTIO LIBRI ut supra num. 3. Et quia accedendo ad Altare vertit se Sacerdos ad unam partem mundi, ad alteram procedendo ad apertionem Missalis, ad tertiam mundi partem vertit se recedendo à Missali, ad quartam descendendo ad gradus, protestetur, quòd in omni-

omnibus his mundi partibus, Deum amet, adoret, idque nomine quatuor illarum partium mundi. 2. *Recessus ab Altari*, fiat quasi ex indignitatis tuæ consideratione, & quod te judices, accessu hoc indignum. 3. *Adoratio Eucharistiæ* ut supra num. 2. 4. *Signum CRUCIS*, cum affectu imprimendi corpori etiam tuo, vulnera Domini IESU 5. *Introibo ad Altare Dei.* Nomine Altaris intelligendo locum, in quo designasti tibi facere celebrationem, de quo n. 12. Interdum, nomine Altaris, intellige altaria ab Ethnicis profligata, ab Hæreticis possessa, vel hoc ipsum Altare, in quo ante te, tam multi Sacerdotes celebrarunt. Nomine altarium profligatorum, non hoc intendendo, quod etiamsi sit altare destructum, tamen in illo celebrare velis, hoc enim est contra Canones; sed quod velles in illo loco innovari altaria, quod velles in illis celebrare Missam. 6. *Judica me DEUS*, judicio nunc misericordiæ, & discerne causam meam; à reprobis, à qua gente non Sancta, & ab homine iniquo, hoc est Dæmone, qui appellatur homo peccati, vel certè à me ipso, qui revera dolosè Tibi servio, & non in toto corde, erue me. 7, *Emitte Lucem* Sanctarum inspirationum Tuarum & illuminationum, quæ me deduxerunt in montem Ecclesiæ, & in tabernacula Tua, Religiosum statum, vel spiritualem. 8. *Confitebor Tibi*, in Cythara, In te IESU Crucifixo. Sacerdos sum, quanta hæc mea felicitas! *Quare tristis* es anima mea &c. 9. *Gloria Patri*, directum ad singulas singillatim Personas, quasi præsens illas conspiceres. *Sicut Erat*, compingendo omnes laudes, sicut erant, sunt, & erunt, in seculum 10. *Introibo* ut supra. 11. *Adjutorium nostrum* Imaginare te retrahi à mundo, carne, diabolo. Contra hos inclama: adjutorium &c.

12. *Confiteor DEO &c.* noscenti peccata mea. *Beatæ MARIÆ* semper Virgini, cujus immaculatas aures deprecor, quasi fœdandas hac mea confessione, quam illi facio. *Beato MICHAELI Archangelo*, ponderanti peccata

&c meri

& merita. *Beato IOANNI*, qui ne peccaret, in eremum secessit. *Sanctis Apostolis, PETRO* amarè flenti, & *PAVLO* clamanti de se: quod primus peccatorum esset, *Omnibu* *Sanctis*, singulis in cœlo volendo confiteri, & *Vobis Fra*-*tres* viventes, quibus vellem publicè propalare, nefan-dissimam vitam meam. *Quia peccavi nimis Cogitatione, Ver*-*bo & Opere*, & verè nimis; quia super numerum aren- maris. *Mea Culpa*, nam mille infernos mereor. *Mea* *culpa*, nam millies, cœlo sum indignus. *Mea maxima cul*-*pa*. Quia Deum Summum & infinitum bonum aliquan-do vel minimo peccato offendi. *Ideo precor* iisdem affe-ctibus dicatur, quibus Confiteor. 13. *Misereatur*, affe-ctu cordiali & apprimè flammeo, desiderando omnibus peccatoribus Contritionis actum, & gratiam resurgen- ex istis peccatis, ex quibus putant, se non posse resurgere. 14. *Confiteor* Ministrantis dicatur, te innovante omnes actus Tuorum pœnitentium, præteritorum & anticipa-ter futurorum; vel si hoc officium non exerces, excita in te desiderium, quod velles innovare dolores, quo-rumcunq; pœnitentium. 15. *Misereatur* ut supra n. 1 & ad *Indulgentiam* accipe manum Christi Crucifixi, aut IESU parvuli, aut IESU Resurgentis, & illâ te, & omnes pœnitentes absolve, præcipuè tuos, desideraq; innova-re in illis, omnes gratias Sacramentales, præcipuè tu operâ participatas. 16. *DEUS Tu conversus*, qui hacte-nus Te, à me, propter pecata mea, averteras, ve- Deus conversione substantiali in Eucharistia ponendus vivificabis me, Te ipsum, hoc est, vitam æternam, l-mentem. 17. *Ostende nobis Domine* Misericordiam Tu-am, quæ licet jam sit mihi magna, à Te ostensa, adhu parva est, ob multitudinem miseriarum mearum. *Domi*-*ne exaudi* orationem meam, cujus aures spinis sunt pu-ctæ, ut citiùs exaudiar. 18. *Dominus vobiscum*, sit p gratiam, sui præsentiam, scilicet ut ejus præsentis mer-neritis, & in futuro per vitam æternam. 19. *Oremus* Innova affectus cujuscunq; orationis, à quocunq; Sancto-rum,

rum, in hac, vel in altera vita, Deo oblatæ, incipiendo, à primo Sanctorum, Christo. 20. *Aufer* à nobis quæsumus Domine iniquitates nostras. Quia nos ipsos ab illis non auferimus; ut ad Sancta Sanctorum, hoc est Eucharisticum Altare, puris mereamur mentibus, ab omni culpa & pœna, introire.

Oramus Te Domine per merita Sanctorum Tuorum, quorum Reliquiæ hic sunt, quibus ego hanc felicitatem gratulor, quòd sint substratæ, Eucharistiæ, licet multæ aliæ Reliquiæ, inhonoratæ, vel non ita honoratæ, maneant. Pretiosius est enim, aureâ Tumbâ, substerni Eucharistiæ. 21. *Osculum Altaris* fiat mente, ad hoc altare, in quo intendis dicere Sacrum, ut supra. Signum Crucis fiat ut supra n. 4.

Kyrie eleison, pro irrationalibus Creaturis, ut illis etiam, misericordiam competentem impetres. *Kyrie eleison*, pro omni infidelitatis genere, ut illis Dominus misereatur per donum fidei. *Christe eleison*, pro Christianis, ut illis, Dominus, probis det augmentum amoris, peccatoribus, contritionem. *Kyrie eleison*, pro omnibus, sacro tuo, vel re, vel mente præsentibus. *Kyrie eleison*, pro te ipso. 22. *Gloria in Excelsis Deo.* Affectu Angelorum illud cánentium, tempore natalis Domini. *Et in terra pax hominibus*, Poloniæ tot bellis afflictæ, & communitati in qua vivis. *Laudamus Te*, laudibus quibuscunque, Tibi, à quocunque impensis, impendendis. *Benedicimus Te*, ob omnes afflictiones nostras & cruces. *Adoramus Te*, ubicunque toto mundo præsentem. *Glorificamus Te*, glorificationibus quas tibi Sancti in cœlo jam impendunt. *Gratias Agimus Tibi* propter magnam gloriam tuam, quam ex Theandricis actionibus Christi habes. *Domine Deus Rex cœlestis*, rege me. *Deus Pater* Omnipotens, etiam in conversione substantiæ, in Corpus & Sanguinem Filij Tui. *Domine Deus*, affectu S. Thomæ Apostoli dicentis: Dominus meus & Deus meus. *Agnus Dei*, affectu S. Ioannis Baptistæ, id dicentis. *Filius Patris*, affectu S. Petri dicentis: Tu es Christus Filius Dei vivi. *Qui tollis peccata*

cata mundi, miserere nobis. At quantum? quantum vis, scis, potes. *Qui Tollis* peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, ita ut nullius ad te anhelantis, sit irritum votum. *Qui sedes ad dexteram Patris*, affectu Latronis Sancti, petentis ut memor ejus sit Christus, ubi venerit in regnum. *Quoniam Tu Solus Sanctus*, & cur non sanctificas me? *Tu Solus Dominus*, cujus me regimini, in vita, morte, æternitate, subdo. *Tu Solus Altissimus*, cui subdo Reges omnes & Monarchas. *IESV Christe*, affectu Beatissimæ, Gabrielis, affectu Bernardi, Bernardini, & aliorum Sanctorum, id nomen pronuntiando. *Cum Sancto Spiritu*, qui à Te etiam procedit. *In Gloria Dei Patris Amen.* Ad quam, quando me Domine transferes?

Osculum Altaris ut supra immediatè n. 21. Dominus vobiscum ut supra immediatè n. 18. Per Dominum nostrum IESUM Christum ut supra immediatè in Gloria in Excelsis. 23. *Orationes* dicantur affectu Ecclesiæ, & ejus qui illas scripsit, & qui unquam legit. 24. *Lectio* Epistolæ fiat, quasi plane Epistolam, vel rem illam, ad Christianos directam, primùm illis annuntiares. 25. *Munda* cor meum. Pete gratiam concionandi, aut saltem spiritualia loquendi, præcipuè dum in confessione alloquend' erit peccator, & has gratias, aliis etiam opta.

Iube Domne benedicere. Pete mandatum à Ss. Trinitate, annuntiandi Evangelium, & ut Dominus sit in corde tuo, ne scilicet illum unquam mortaliter offendas, & in labiis tuis, ut de Deo ignitè loquaris, nec cadas linguâ. 26. *Signabis librum*, petens ut ab Evangelio accipias virtutem, ut ex capite pellas cogitationes malas, ex ore peccata loquelæ, utque tibi dulcescat nomen IESU in ore, & ut ex pectore, cordeque tuo, abigas omnia terrena, Deoq; soli, illud mancipes. 27. *Lectio* Evangelij ut supra n. 24. fiat affectu sancti Sosii Diaconi, supra cujus caput legentis Evangelium, apparuit flamma, eratq; indicium illum fore Martyrem. *Osculum Evangelij* ex amore puro, volendo devorare Evangeliorum librum, & complacendo in tota Evangelij doctrina.

§ 5tus.

§ 5tus. CREDO & alia ad CANONEM inclusivè.

1. CRedo. Dic hoc verbum, affectu Apostolorum Credo componentium, vel affectu Patrum Nicænorum, vel quorumcunq; professionem fidei, in occasione Martyrij edentium. *In Unum Deum*, affectu damnantis omnem Idololatriam. *Patrem omnipotentem*, in conversione Eucharistica. *Factorem Cœli* &c. & invisibilium. Et hæc omnia, quasi apportata, præsenta æterno Patri, tanquam opera manuum eius. Converte te ad Filium & dic: *Et in Unum Dominum IESUM &c.* damnaque, & redamna Arianam hæresim, affectuq; Patrum Nicænorum pronuncia istam dictionem: *Consubstantialem Patri*, Cui uni Nomini, nulla perfidia subtilitatis humanæ, cuniculos agere potest. *Qui propter nos homines &c.* Age gratias Filio Dei, pro tanta eius humiliatione. *Ex Maria Virgine.* Elicies actum credendi, quòd sit Virgo ante Partum, Virgo in Partu, Virgo post Partum. *Et Homo factus est*, Nomine cœlestium, terrestrium, & infernorum adora Verbum Incarnatum: idq; in illa ipsa periodo terræ, in qua peracta Incarnatio. Et desidera ita profundam & altam adorationem elicere, ut incipiendo ab una cœli parte, desinat ad aliam oppositam cæli partem. *Crucifixus* etiam pro nobis &c. Contristare illi, locaq; omnia passionis, mente osculare. *Et resurrexit.* Congaude illi. *Et ascendit.* Congratulare illi. *Et iterum venturus est.* Treme coram Iudice. Converte te & ad Spiritum Sanctum. Pete ut te vivificet, ne sis emortuum membrum Ecclesiæ. Ad illa verba *Filioque procedit.* Damna Græcorum & Ruthenorum Schisma. *Simul adoratur.* Elice unam adorationem trinam terminativè, hoc est, ad singulas Personas directam. *Qui locutus est per Prophetas.* Pete ut per te in confessionibus, concionibus, colloquijs pijs, loquatur. *Et unam Sanctam*, Damna præteritas, præsentes & futuras Hæreses. *Confiteor unum Baptisma.* Pete à Deo, ne infantes Christiani sine

baptiſmo decedant. *Et expecto Reſurrectionem.* Converte te ad animas, præcipuè eas, quarum corpora, ubi dicis Sacrum, ſepulta, annunciaq; illis, annuncia & corporibus illarum, adhuc, ſed certò, exſpectari reſurrectionem. *Et vitam*, deſidera videre Deum.

Signum Crucis, Dominus vobiſcum, Oremus ut ſupra. 2. *Suſcipe Sancte Pater*, Nomine Patris intelligendo totam Sanctiſſimam Trinitatem, quæ intelligitur etiam cum dicitur Pater noſter, & alijs pluribus ſcripturæ locis. *Omnipotens &c.* Pete exercitium omnipotentiæ, ut ſupra. *Quam ego &c.* Elice actum, quòd revera ſis deterior, omnibus peccatoribus, ipſis etiam Dæmonibus, &c. *Pro innumerabilibus peccatis* contra te. *Offenſionibus* contra proximum, & *Negligentiis* in contemptu gratiarum, & inſpirationum. *Et pro omnibus Circumſtantibus*, non tantùm in hoc loco, ſed ubicunq; exiſtentibus, præcipuè ijs, qui deſiderant ut pro illis ores: *Sed & pro omnibus*, ita ut nullus vivus, nullus in purgatorio, ſit, Chriſtianus, qui de hoc Sacrificio Tuo, non participet. Sed ut ſit omnibus in vitam æternam Amen. 3. *Ad Miſtionem* Aquæ, pete à Domino, ut te, in ſe, transformet.

Deus qui humanæ &c. Gratias age pro creatione. *E mirabilibus*, gratias age pro Redemptione, pete conſortium Divinitatis, hoc eſt infuſionem gratiæ habitualis, in te, & omnes Tuos. Signanſq; aquam, una habeas intentionem, benedicendi Tuum miniſtrantem. 4. *Offerimus Tibi*, hoc eſt Chriſti Eccleſia, & ego, qui etiam me replicatum vellem, ut tibi multipliciter ſerviam, planèq; intende, non tantùm pro fidelibus Chriſtianis, ut in oblatione Hoſtiæ, ſed & pro totius mundi ſalute, orare. Unde etiam in oblatione calicis plurali termino utitur Eccleſia Offerimus tibi; cùm in oblatione panis, ſingulari utatur: Offero tibi Deo meo; in oblationeque panis, fit mentio tantùm Chriſtianorum, in oblatione calicis, fit mentio ſalutis, totius mundi.

In Spiritu humilitatis, humilia Te, profundiùs inferno, cum

eum post tot sacra & communiones, nec dum sis sanctificatus. 5. *Veni sanctificator*, affectu illius Sancti Episcopi, qui nunquam celebravit, quin in illum descenderet Spiritus Sanctus. *Tuo Sancto Nomini Præparatum*, es enim de Societate IESU, aut IESU nomini specialiter addictus. 6. Lavabo ut supra § 3tio. n. 4. *Vt Enarrem*. Petitio doni concionandi, spiritualia loquendi, præcipuè in confessione. *Domine dilexi*. Excita in te planè intimum amorem, decoris Ecclesiarum. *Ne perdas*. Petitio ne in æternum damneris. *Ego in innocentia mea*, qua? hoc est IESU & MARIÆ, mihi appropriata, ingressus sum *Pes meus*, Gratias age pro dono Vocationis. *In Ecclesiis* præcipuè tuæ Religionis vel statûs benedic. 7. *Suscipe Sancta Trinitas*. Elice, unum, trinum terminativè, affectum, *Ob Memoriam Passionis*. Cui compatere, *Resurrectionis*, Cui congaude. *Et Ascensionis*. Cui congratulare. *In honore Beatæ Mariæ*, quem illi exhibe in loco existentiæ illius in cœlo, quem etiam fac *Ioanni Baptistæ, Petro & Paulo* in loco existentiæ illorum in cœlo. & *Omnium Sanctorum*: Intende affectum, qui mereatur singulis dividi. *Quorum memoriam*, præcipuè tuorum ad Sacrum assistentium Patronorum, hodie primùm in cœlum ingredientium, & eorum, quorum memoriæ die sacro moriturus es. Peteq; *Vt hoc illis proficiat ad honorem*, nempè augmentum gloriæ accidentalis, *Nobis autem ad Salutem*, resurgendi è vitijs, quibus maximè premimur. Osculum Altaris ut supra. 8. *Orate Fratres*. Dirigatur ad Fratres in cœlo iam existentes, Sanctos assistentes, populum præsentem. 9. *Per omnia secula seculorum*. Reverenti a æternitatis Divinæ. *Dominus vobiscum*, proximè per Eucharistiam futurus. *Sursum corda*, planè cum desiderio elevandi animas ad cœlum. *Gratias agamus*. Extendendo gratitudinem pro beneficijs, etiam irrationali cuicunq; creaturæ datis. Cogita te, à gratitudine retrahi, & exclama, *Verè dignum & Iustum est semper*: id est, omni momento, abhinc, per æternitatem secuturo. *Et ubique*, partire te per omnes mundi atomos, ut verum sit te ubi-

que, gratias agere Deo. *Omnipotens*: pete, ut supra, exer citium omnipotentiæ. *Æterne Deus*: Reverentia æternita tis Divinæ. Totum id fac, *Per Christum*; quasi dans ill hanc gratitudinem & laudes, Nomine Tuo, Sanctissima Trinitati deferendas, & ut illæ pertranseant quodam mo do per Christum. Per quem Maiestatem tuam *Laudan Angeli*; cum quibus laudo, &, Adoro cum *Dominationibu* Tremo cum *Potestatibus*, concelebro cum *Virtutibus*, A mo cum *Seraphinis*. Cum quibus turpes tuas voces pet immisceri *Sanctus* Deus Pater, *Sanctus* Dei Filius, *San ctus* Deus Spiritus Sanctus. *Pleni* sunt cœli, ad quos ascen dit IESUS, & terra, ob Eucharisticam præsentiam, glori Tuà. *Benedictus* qui venit, sacramentaliter.

§ *6tus*. CANON usq; ad PATER NOSTER.

1. TE *igitur Clementissime Pater*, cuius clementiam agno sce, quia te Sacerdotem fecit, & post tot indevot Sacra, ad altare admittit. *Hæc Dona*. Excita in Te om nem vim laudativam Eucharistiæ, omnesque laudes in hi verbis velis contentas: Hæc munera &c. *Pro Ecclesia Tu Sancta Catholica*, in qua, gratias age, quod sis. *Quam paci ficare*, à tot dissidiis infidelium, & Politicorum, itemqu tot bellis. *Custodire*, ne, illam præcipuè Saracenismus mi nuat. *Coadunare*, ne hic quidem sit Ecclesia Catholica, il lic secta Lutherana, illic alia, & tum primum Ecclesia Ca tholica; sed ut indisruptim ubique reperiatur. *Unà cum famulo*. Ex corde bene precare, & Papæ & Episcopo. *Memento*. Iunge illud cum memento Christi in Cruce, Beatissimæ sub Cruce stantis, & cum Memento, utriusq iam in cœlo existentis.

Seriem autem eorum pro quibus oraturus es, ita dispone.

Ad *Caput* Domini IESU, ora, pro omnibus Principibus Spiritualibus & Politicis. Ad *Manum dextram*, pro om nibus

nibus tuis benefactoribus, Spiritualibus & temporalibus. Ad *Manum sinistram*, pro tuis, per Confessiones, Communiones, Conciones, Colloquia, Doctrinam, Filijs in Christo. Ad *Pedem dextrum*, pro omnibus peccatoribus, conculcantibus legem Domini, sive fidelibus, sive infidelibus. Ad *Pedem sinistrum*, pro omnibus necessitate pressis, & in sua agonia, tentationibns, periculo, necessitate, ad Dominum recurrentibus Ad *Cor* IESU, pro tuis amicis & inimicis, pro omnibus prædestinatis, pro tuis consanguineis, pro ijs qui insigniùs Deum amant, vel amaturi sunt. &c. &c.

Et omnium Circumstantium, vel qui tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro se, suisq; omnibus, idq; gratias Tibi agendo, pro beneficijs, vel crucibus. *Pro redemptione Animarum suarum*, petendo præsidia vitandi peccata, proficiendi in virtutibus. Tibiq; *Reddunt vota sua*, ratione necessitatum, nunc se prementium, vel proximè pressurarum.

3. *Communicantes*, Planè ex corde, volendo habere communionem in virtutibus, in meritis, eorum, (qui hìc numerantur) Sanctorum, ut ita digniùs ad altare accedas. *Genitricis Dei*. Secundùm tempus illam compellabis vel stantem sub Cruce, vel bajulantem in utero IESUM, vel fascijs stringentem. *Petri* amare flentis. *Pauli*, prædicantis IESUM Crucifixum. *Andreæ* crucem salutantis. *Iacobi*, quem in Hispanijs non proficientem conversione animarum, Virgo Beatissima solata. *Ioannis*, cui Beatissima Virgo commendata. *Thomæ*, Indiarum Apostoli. *Iacobi*, quem qui vidit, Dominum se vidisse putavit. *Philippi*, à quo gentiles petierunt, ut viderent Dominum. *Bartholomæi*, excoriati. *Mathæi*, ex telonio vocati. *Simonis & Thadæi*, Persidis Apostolorum. *Lini*, primi Sancti Petri Successoris. *Cleti*, ante Linum, à S. Petro designati Papæ. *Clementis*, in Ponto Euxino nostro submersi. *Xisti*, prophetantis *Laurentio*, de Martyrio. *Cornelij*, Cyprianum corrigentis. *Cypriani*, à Cornelio correpti. *Laurentij*, in craticula ustulati. *Chrysogoni*, Epistola Anastasiam Marty-

rem consolantis. *Ioannis & Pauli*, aulam contemnentium. *Cosmæ & Damiani*, medicorum corporis & animæ. & *Omnium Sanctorum Tuorum*, ita ut nullus sit in cœlo, de cuius virtutibus & donis non participem. *Vt in omnibus*, non tantum aliquibus, protectionis tuæ muniamur auxilio, pete hic gratias, quas Theologi appellant, specialis protectionis.

Hanc igitur Oblationem servitutis. Excita in Te cultum latriæ, prout ille condistinguitur cultibus alijs. *Diesque* nostros in Tua pace disponas, Pete pacem Europæ, Christianis in India, Poloniæ, Religioni. *Atque ab æterna:* Elice actus desiderij, ut sis inter prædestinatos, tam exaggeratum, vt si prædestinatus non esses, vi illius desiderij prædestinareris. 5. *Quam Oblationem &c. Benedictam*, & quæ maior benedictio, quam sacrari in Corpus & Sanguinem Christi? *Adscriptam*, ut sit digna, quæ in cœlo scribatur, tanquam à te oblata nomine Christi. *Ratam*, ut hoc Sacrificium, etiam quantùm ex ui petitionis Tuæ, habeat ratitudinem suam, usque ad finem mundi, & ut ex templo, præcipuè, in quo ordinarié celebras, nunquam desinat. *Rationabilem*, cùm ex pane & vino convertatur in rationalem Christi substantiam. *Acceptabilemque*, etiam ex opere operantis, *Vt nobis Corpus*, quod esurio, *Et Sanguis*, quem sitio, fiat &c. 6. *Qui pridie &c.* Pete sanctificari manus Tuas à manibus IEsu Crucifixi. Et elevatis oculis, quos tu dignus elevare non es, præ multitudine iniquitatis tuæ, pro qua fac actum contritionis, antecedentem, consecrationem ipsam. 7. *Consecratio.* Fac intentionem conficiendi Corpus & Sanguinem Christi, & pete, ut sicut tu convertis substantiam panis, in substantiam Corporis, & vini substantiam, in Sanguinem Domini, ita Deus convertat cor tuum, in amorem sui, & magnum & perpetuum. 8. *In genuflexione.* Adora Hospitem novum, gratias age, quia hic est, & pete gratiam digne celebrandi, communicandi, sine hoc Sacramento non moriendi: curaque ut ultimum esse prolationis verborum consecrativorum,

con-

coniungatur, cum adoratione tua interna. 9. *Elevatio* tempori accommodata. v. g. Ostendendo mundo Christum Infantem, ut illum agnoscat, Crucifixum, ut illi condoleat. Ordinariè fiat Elevatio hoc affectu: Dono Domine tibi Sacrosanctum Corpus, & Sanguinem Christi. Vel, Emitte Domine radios vulnerum tuorum, & infige illos cordi meo. Exalto Domine te super omnia. 10. *Repositio Eucharistiæ*, fiat in corde MARIÆ, in corde Animarum Purgatorij, in corde peccatorum, ut conterantur. ordinariè, in corde proprio. 11. *Genuflexio* Eucharistiæ, sit salutativa, & adorativa Domini, primùm nunc, in Eucharistia præsentis, gratias agendo illi, quòd hic sit, & petendo gratiam, dignè celebrandi, communicandi, sine hoc Sacramento non moriendi.

Simili modo. Per verbum *Præclarum Calicem*, lauda Calicem, felicitandum præsentiâ Sanguinis IESU, *In Sanctas* &c. affectu osculare manus Christi Domini. 13. Consecratio fiat, ut antè. *In Elevatione Calicis*, elice desiderium, quòd velles in Tuum calicem cadere gemmam, ex cœlo, ad ornandum hunc Sanguinem, ut cecidit sacrificante S. Lupo. *Genuflexio* Eucharistiæ, fiat, tam digna, ut & Corpori, & Sanguini Domini, dividi & attribui possit. 14. *Vnde & memores nos*, tam Beatæ Passionis &c. affectus ad Passionem, Resurrectionem, Ascensionem, ut supra. *Offerimus*, planè quasi præsens in cœlo, Sanctissimæ Trinitati, exhiberes munus. *Hostiam puram*, quæ me emundet, *Hostiam sanctam*, quæ me sanctificet. *Hostiam immaculatam*, quæ me præservet. *Panem sanctum*, quem esurio, & *Calicem*, quem sitio. 15. *Supra quæ*, Pete, ut ex opere operantis, sit hoc Sacrificium ita Deo gratum, ac Abel, ac Abraham, ac Melchisedech. 16. *Supplices Te rogamus*, Pete ut per manus Sancti Angeli, v. g. tui Custodis, deferatur Sanctissimæ Trinitati, hoc Sacrificium. *Vt quotquot*, bene precare omnibus ad tuam orationem spectantibus. *Osculare Altare*, applica os, ac famelicus solet, cibum hunc salutis vorare volens; aut saltem sanctifica viciniâ

hac, os, quod tantùm myſterium ſumet, Corpus & Sanguinem Domini. *Omni benedictione.* Quia interdum Deus in aliquibus benedicit, in aliquibus benedictionem ſubtrahit, pete in omnibus benedici. 17. *Memento mortuorum.* Ora ad Manum dextram, pro omnibus devotis ad Chriſtum Crucifixum. ad ſiniſtram, pro devotis, ad Beatiſſimam, præcipuè, ad immaculatè conceptam. Ad extimam partem pedis dextri, pro pauperibus: ad intimam pro pridem demortuis; ad pedis ſiniſtri intimam partem pro ijs, quos à Te Deus vult juvari: ad extimam, pro ijs qui jacent in Eccleſia, ad quam celebras. Ad vulnera dorſi Chriſti, pro ſalvatis poſt multa carnalia peccata, & pro ijs, qui nunc primùm mortui. Ad Caput Chriſti, pro mortuis gentis tuæ, & pro ijs, qui diu ſunt futuri in purgatorio, ut illis Divina providentia provideat eliberationem. Ad Cor IESU, pro ijs qui iam iam irent ad cœlum ſed aliquid illis deſideratur: pro tuis pœnitentibus, benefactoribus, conſanguineis, tuis in Religione Fratribus, notis, & ex affectu in S. Xaverium, pro animabus Indorum, præcipuè ab illo in fide deſcendentium, & pro ijs pro quibus orares, ſi illos eſſe in purgatorio ſcires, hinc ex corde dic. Ipſis Domine &c. 18. *Nobis quoque*, affectu volentis cum Auguſtino confiteri peccata, etiam toti mundo. *Partem aliquam.* Si enim non poſſum eſſe Martyr, cum illis ſaltem in virtutibus participem. *Ioanne*, ultimo Veteris teſtamenti Martyre. *Stephano*, Primo Novi teſtamenti Martyre. *Matthia*, ſupra quem cecidit ſors. *Barnaba*, ſocio peregrinationis Apoſtolicæ Sancti Pauli. *Ignatio*, in cuius corde repertum Nomen IESU. *Alexandro*, qui convertit nobilitatem Romanam. *Marcellino*, à Papa, Idololatra, ex Idololatra Martyre. *Petro*, qui primus Arianis reſtitit. *Felicitate*, ſeptem Martyrum Matre. *Perpetua*, poſt puerperium mactatâ. *Agatha*, quæ expeditam, ad ſe corrumpendam, Aphrodiſiam convertit. *Lucia*, Sanctæ Agathæ devotâ. *Agnete*, vix ætatem ingreſſa, & iam Martyre. *Cæcilia*, Ape argumentoſa in converſione

one iuvenum. *Anastasia*, literis consolante Chrysogonum. *Intra quorum nos Consortium.* Excita in Te cordiale desiderium Visionis Beatæ. 19. *Per quem sanctificas*, quæ major sanctitas, quam continere sanctitatis fontem? *Vivificas*, verè enim hæc Hostia vivificatur, vivente in se Christo. *Benedicis*, & quæ maior benedictio, quàm continere benedictum, qui venit? *Genuflexio*, ut supra num. 8.

Per ipsum, tanquam Mediatorem. *Cum ipso*, tanquam tibi æquali. *Et in ipso*, cui per circuminsessionem es præsens. Quinque autem quæ fiunt Cruces, fiant ad sensus corporis tui. *Omnis honor & gloria.* Colliges omnes laudes Deo aliquando factas, aut faciendas aut alicui creaturæ impensas, aut impendendas, & hæc omnia, Domino tuo precaberis. *Elevans* autem calicem, unà cum hostia, elice actum fidei, circa Eucharistiam. & pete ut in amore vivas, in amore, & ex amore moriaris. *Genuflexio* ut ante.

§ 7mus. A PATER NOSTER, usque ad finem.

1. PEr *Omnia Secula Seculorum*, fiat ut supra, adoratio Æternitatis Divinæ. *Oremus*, ut supra, *Audemus dicere*, dic plenè ex corde, quòd nisi accessisset mandatum Christi, nunquam ausus fuisses appellare DEUM Patrem. 2. *Pater noster*, dicatur secundùm varias paraphrases. 3. *Libera* nos quæsumus Domine ab omnibus malis. 4. *Præteritis*, ne in similia incidamus. *Præsentibus*, ut ex illis eruamur. *Et Futuris*, ut ab illis præservemur. *Da Propitius pacem*, Poloniæ, domesticis meis. *Ut à peccato*, etiàm venialissimo simus liberi. *Et ab omni perturbatione*, præcipuè, quæ nunc nos vexat. 4. *Signabis* te, ut supra, & *Divides Hostiam* in tres partes, quartus erit sanguis. Hinc singulis quatuor partibus mundi assigna portionem. *Intinges particulam*, & cum illa, vel peccata tua, ut emunderis: vel cor & animam tuam, ut in DEO submergaris: vel omnes afflictiones &

actiones tuas. 5. *Hæc Commixtio.* Pete, & hæc communio sit tibi per modum viatici, nescis enim an cras sis victurus, fiat ergo tibi ad viam. 6. *Agnus DEI*, dicatur affectu S. Ioannis. Primùm dic: ut misereatur tui Christus, auferendo à te culpam. Secundùm, ut misereatur auferendo habitus malos. Tertium, ut tui misereatur liberando te ab æterna, & temporali omni pœna, ut recta ad cœlum ire possis, 7. *Domine IESV Christe, Ne respicias peccata mea.* Facias actum contritionis. *Sed Fidem Ecclesiæ Tuæ*, quam totam profiteor. Pacificare & coadunare dic ut supra. *Libera me per hoc Sacrosanctum Corpus*, quod esurio, & *Sanguinem Tuum*, quē sitio. *Ab omnibus iniquitatibus meis*, pro quibus doleo, ex corde. *Et universis malis*, præcipuè ijs, quæ nunc premunt, peteque cordialissimè & studiosissimè, donum Confirmationis in gratia, per illa verba, *Et fac me Tuis. Indignus sumere præsumo*, qui me post tot communiones, non emendavi *Prosit mihi* ad tutamentum mentis, ne in delirio, si tibi placet, moriar, *Et Corporis*, ne diuturna ægritudine alijs sim molestus. *E[...] Medelam*, pro istis, quæ me modò premunt, corporis, & animæ malis. 8. *Genuflexio fiat* tanquam iam ultimò adorativa, utriusq; simul, in hac Missa, sub speciebus contenti. *Domine non sum dignus* 1. ob peccata in seculo commissa. 2. ob peccata post ingressum in Religionem commissa. 3. ob peccata quæ prævides Deus in posterum me commissurum. vel primum dicatur affectu S. Elisabeth dicentis: Unde mihi hoc ut veniat. 2dum. affectu Centurionis. 3tium. affectu Sancti Petri dicentis Exi á me Domine. 10. *Corpus Domini nostri*. Accipe illud per modum viatici & signa illo os, sumpturum, manus tangentes, oculos de vicino intuentes. 11. Ante sumptionem eliciantur affectu breviter ij, qui continentur in Præparatione ad Missam. 12. *Actus sumpta Eucharistia item in gratiarum actione post Sacrum hi fieri possunt.*

1. Desinam Domine esse, si non debeo amare Te.

2. De-

2. Desinam Domine esse, si non gaudeo, aut non gaudebo unquam, adventu Tuo Eucharistico. 3. Gratias tibi, quia venisti ad me, & unde hoc mihi! Saluto Te hospes amantissime. 4. Osculor Sacrosancta vulnera Tuá 5. Quis nos separabit à charitate Christi, quem in me habeo? 6. Tripudium: Vivit in me Christus! 7. Applica animam tuam ad animam Christi, Corpus tuum ad Corpus Christi, Dona tua naturalia, ad Dona Christi naturalia: Dona tua supernaturalia, ad Dona Christi supernaturalia: ut in simili fecit Elisæus; & fac id, optando, ut è Christo sanctificeris. 8. Si haberem per impossibile perfectionem aliquam Te dignam, quam Tu non haberes Domine, & illa mihi ablatâ, deberem desinere, Tu autem haberes perfectiones Deitati debitas, evaderesq; absolutè Deus: vellé illam Tibi dare, & ipse desinere esse. Qui actus fuit Sancti Augustini. 9. Fieri potest, quia damnabor, volo nunc satiari amore Tui, qui actus fuit S. cujusdam Eremitæ. 10. Malo Domine, propter Te amatum, esse in inferno, quam propter Te odio habitum, esse in cœlo. qui actus fuit S. Anselmi. 11. Vellem Domine obstruere ostium inferni, ne ultra homines peccent, & pereant. Qui actus fuit S. Teresiæ. 12. Omnibus me, omnes Sancti superent donis tuis in cœlo: vellem, nemo me superaret amore Tui. Qui actus fuit eiusdem Sanctæ. 13. Vellem incertus etiam salutis, animas conuertere, quam rectà in cœlum ire, ita amo Te Domine, cum Sancto Ignatio. 14. Sordet mihi terra, dum cœlum aspicio. Ut idem Sanctus inclamabat. 15. Clamabat servus Tuus, S. Franciscus Xaverius: Satis est, & ego ad Te inclamo: Non satis Domine amoris tui, non satis amoris tui 16. Ampliùs Domine ampliùs laborem pro Te, ut Sanctus idem vovebat. 17. Innovo Domine, omnes actus bonos Tibi oblatos. Vellem pati Martyria Clementis Ancyrani, & Gregorij Armeni. Vellem in columna stare cum Simeone: discerpi cum Ignatio, & cor nomine

Iesu signatum habere. Vellem cum Sancto Francisco, cordialiter dicere: Deus meus & omnia. Vellem hinc pasci à vulnere, hinc lactari ab ubere. Vellem æstuare, usque ad refrigeria, cum Beato Stanislao. Vellem costam mihi attolli ad latiùs amandum te, cum Sancto Philippo Nerio, rabiosèque, ex siti Sanguinis tui, calicem arrodere, cum eodem. Vellem transfigi mihi cor cuspide amoris, cum Sancta Teressia. Vellem cor meum mutare cum Tuo, unaqué tecum recitare officium, ut fecit Sancta Catharina Senensis. Omnia hæc, & alia innovo Tibi Domine totaque æternitate continuo. 18. Suppleo Domine omnes despectus tuos, quos aliquando passus es in Ethnicis Hæreticis, Schismaticis, Catholicis, inmortali, aut tepidè communicantibus. 19. Ama me Domine Iesu, ama me. 20. Amo te Domine, multùm, plùs, & hoc parùm, plus adhuc: sed & hoc parùm; adhuc super plus, & super plùs.

13. *Genuflexionem* facies, quasi iam adorans Eucharistiam in te contentam, & simul cum Corpore Christi, in te contento, adorabis Sanguinem, invitans Christum ad te; sub vini speciebus contentum. 14. *Quid retribuam Domino* pro omnibus. Et quæ ista omnia? Deus meus & Omnia In gratiarum actionem. *Calicem salutaris*, hoc est, Sanguinem tuum accipiam. *Laudans invocabo*, hoc est invocabo Dominum. *Et* propter hoc, *Ab inimicis meis*, Carne, Mundo, Diabolo, salvus ero 15. *Sanguis Domini nostri*, custodiat, ne peccato mortali, vitam gratiæ amittam, 16. *Ante sumptionem Calicis*, pete, ut promittat tibi Sanguis Divinus, quòd in te extinguet omnem libidinem, quòd ingenerabit in te sanguinem, Martyrio etiam dignum; quòd te roborabit contra omnia adversa, & amara mortis; & cum hac intentione, sumptionem calicis, in tres divides partes. 17. *Post sumptionem Calicis hi possunt elici actus.*

1. Recreate Dominum in me contentum, omnes Sancti Angeli, & hic localiter in me, cantate illi: Sanctus vestrum. 2. Omnes Sancti Innocentes, effundite sanguinem

nem vestrum, pro Christo datum in animam meam, illoque me decorate; decorate & innocentia vestra, vos, qui sine sanguine, Infantes decessistis. 3. Omnes Sancti Veteris testamenti, præcipuè toties cùm Domino collocuti, conversati: recreate pro me Dominum; docete me, conversationem cum IESU. 4 Omnes Sancti Apostoli & Discipuli Domini, facite me, viuum Domini mei Euangelium. 5. Recreate pro me illum omnes Sancti Martyres: facite me, saltem voto & vitâ Martyrem. 6. Omnes Sancti Confessores & Doctores, loquimini pro me Domino IESU, quia ego nescio loqui illi. 7. Recreate illum pro me omnes Sancti Societatis, dulcescat mihi nomen IESU, impetrate mihi, ut illud in agone devotè pronuntiem. Ora hic Sanctos status Tui, & invita, ut recreent pro te Christum. 8. Omnes Sancti, qui me specialiùs amatis, amate Dominum meum pro me, nescio enim ego amare illum. 9. Omnes Sancti & Sanctæ Dei, præcipuè Sancti & Sanctæ agoniæ meæ, sitis ad recreationem, sitis ad delicias, Domino meo, pro me. 10. Auge Domine gloriam accidentalem, Sanctis & Electis Tuis. 11. Da levamen animabus purgatorij. Iustificatis auge gratiam: peccatoribus, da iustificationem. 12. Supplico Tibi Domine pro afflictis, captivis, peregrinantibus, tentatis, ægrotantibus, & pro tota universim indigentium farragine. 13. Mihi autem Domine da amorem Tuum, gratiam docendi popolum tuum, & spiritualia loquendi, spiritum Apostolicum, felicitatem ad animas. Hic unusquisque proponat ea, quæ specialiter à Deo sibi dari postulat. 14. Subdo Tibi Imperatorem, Reges, & gentes Catholicas: Vice Reges indiæ, cum tota India; Reges Hæreticos, & Schismaticos: totum Saracenismum, totum Iudaismum, totum Ethnicismum, totum Mundum.

Si vacabit, præcipuè in Missis cantatis, *Addes hæc.*
Amo te Domine, amore viæ Sanctorum, qui vixerunt, & amore Patriæ, quo nunc Te in cœlo amant. Amo Te amore viæ eorum, qui nunc vivunt & amore Patriæ quo

Te

Te diligent. Amo Te Domine amore viæ eorum, qui post modum victuri sunt, & amore Patriæ quo Te dilecturi sunt. Amo Te amore Beatissimæ, quo Te amavit in terris; amore illius quo Te amat in cœlis. Amore item Christi in terris, & jam in cœlis. Amo Te amore Tuo, communi omnibus tribus Personis, amore autem spirativo, & amore personali. Amo Domine toto amore increato: & omni possibili creato. Sed & amor meus Crucifixus est. Amo & Te, Virgo mea Mater. Cum Thaide inclamo Domine: qui plasmasti me, miserere mei. Qui redemisti me, miserere mei. 2. Mater Beatissima Laureti, Częstochoviæ, celebris miraculis, item in loco N. N miserere mei. Oculi MARIÆ, aspicite me, manus MARIÆ protegite me, pedes MARIÆ portate me, Caput MARIÆ cogita de me, Cor MARIÆ ama me. 3. Mitte me Sanctissima Trinitas, ad conversionem animarum; Mitte Domine IESU: Mitte Virgo Beatissima. Gratias Tibi Domine, pro omnibus quæ mihi dedisti, & quibus me afflixisti. Dispone me Tibi, dispone mea Tibi. Gratias & Tibi Domine IESU Christe Crucifixe, & Tibi Beatissima Mater. Disponite me ad vestra beneficia: disponite mea. 4. Agnosco Domine indignitatem meam. Respicies IESU Crucifixe canem mortuum, si respicies me. Renovabis miraculum Theophili, Beatissima Deipara, renovando me. 5. Mendico gratiam, vivendi secundum vocationem meam, & gratias, quas mihi offers, & ut dignus sim, quo utaris ad laudem Tui, animarum bonum. 6. Benedic Domine IESU, & omnia quæ intra me sunt, æternum Patrem. Benedic Domine IESU, & omnia quæ intra me sunt, Te ipsum, Benedic Domine IESU, & omnia quæ intra me sunt Spiritum Sanctum. Misere Domine Poloniæ Tuæ, defende in illa Ecclesiam tuam. Complaceat Tibi Virgo Mater in Rege nostro.

In fine, dic mente orationem S. Francisci Xaverii, pro impetranda gratia Martyrii. Ave lignum Crucis, ave

ave Crux pretiosissima, me tibi totum dico inperpetuum & oro suppliciter, ut gratiam pro Te fundendi sanguinem, quàm Indiarum Apostolus, Sanctus Franciscus Xaverius, post tot exantlatos labores, consequi non meruit, mihi licet indignissimo largiaris. *Adde*, vel saltem serviendo peste infectis, quod si ne hoc dono tuo dignus sum, Sacramentis omnibus sumptis, in gratia tua, & circumstantiis gloriæ tuæ debitis, vitam immolare concede 18. *Quod ore sumpsimus* Appello Domine beneficium communionis, nomine communi dicens, Quod ore sumpsimus; quia nescio, quo nomine illud compellarem: tam illud ingens est & Divinum! Ad illa verba: *Purâ mente capiamus*: Pete, ut in posterum sanctius communices: memorq́, quanta vulnera animæ tuæ sint, pete à Sanctissimo Sacramento, non temporale, sed æternum remedium. 19. *Corpus Tuum.* Pete, ut planè agglutinetur tibi, & adhæreat Corpus & Sanguis Domini Pete item, ut in te non remaneat scelerum macula, sed ut evadas talis, qualis fuisti post baptismum. Dum aptabis calicem, dic mente, Anima Christi, & dirige orationem, non jam ad illum, secundùm quod in altari fuit, sed ad eundem quidem jam tamen, intra te contentum. 20. *Postcommunio* legatur; quasi per os tuum, hæc Christus in te latens adhuc intus, dici vellet. 21. *Osculaberis Altare*, affectu lambentis illud, quod inde Corpus Christi sumpseris. Dominus vobiscum. Dic Corpori & animæ tuæ quòd intra illa, sit Dominus. *Oremus*, sit excitativum tui ad orandum; siquidem Deus in te est absconditus. *Orationes* item dirigantur ad Deum in te latentem. 22. *Dominus vobiscum* sit, Auditores meæ missæ; ut qui in me est, & vobiscum, quàm citissimè sit, quàm frequentissimè, per communionem. *Ite Missa est*, & in conspectum Sanctissimæ Trinitatis delata. 23. Ad placeat tibi *Sancta Trinitas*, inclina te Sanctissimæ Trinitati, Christifer factus; adeoque in te inclinando illi Christum. Pete, ut ex opere operantis, sit acceptabile; magnoque affectu dic

ut ſit omnibus propitiabile. 24. *Benedictio populi* ſia[t]
digitis Corpore IESU ſacratis, aut manu Chriſti Cruc[i]
fixi, aut manu Beatiſſimæ, IESUM portantis, aut man[u]
infantis IESU, ſecundùm quòd exiget tempus; particul[a]
riterque benedictio impendatur illi, pro quo ſpeciali i[n]
tentione obtuliſti Sacrum. 25. *Dominus vobiſcum,* u[t]
ſupra 22. *Signatio ſui,* ut âlias: optando ſibi imprime[re]
vulnera Domini. *In principio erat Verbum,* Elice actu[m]
fidei; de Verbo Incarnato. *Omnia per ipſum facta ſun[t]*
Approba argumentum Auguſtini, exinde deducenti[s]
Chriſtum non eſſe creaturam. *In ipſo vita erat,* quæ ip[ſa]
in Te eſt Euchariſtice. *Lux hominum.* Pete ut te illum[i]
net hæc lux: Pete ne tenebræ æternæ comprehendan[t]
Pete ut ſis homo miſſus à Deo, ad ſalutem multorum
Non erat ille lux, Non ſim & ego aliquo honeſti titul[o]
aſpectabilis, in conſpectu hominum. *Illuminat omnem h[o]minem.* Jllumina Domine, pæcipuè, nunc, nunc, ad [u]
ſum rationis venientes, ut ad Te convertantur. Dole[o]
quòd ſui Chriſtum non receperunt. Recepi ego Te, d[a]
mihi poteſtatem Filium Dei fieri. *Et Verbum Caro factu[m]*
Elicies actum quem elicuiſti in Credo, ad illa verba
Et Homo factus eſt. Habita in me Domine. videam
gloriam Tuam in hoc mundo propagatam,
in cœlis manifeſtatam AMEN.

LI-

LITURGIÆ SOLENNITATVM DOMINI.

LITVRGIA ADVENTVS DOMINI.

ADorativum fiat, Iustitiæ Dei, eò quòd non simus salvati titulo solius Misericordiæ, sed titulo etiam Iustitiæ. *Gratiarum activum*, Personæ Patris, pro appropriato illi, decreto Incarnationis; Personæ Verbi, pro Incarnatione, Spiritui Sancto pro appropriata illi, Corporis Christi fabricatione; item, pro Electione hujus potiùs humanitatis, ad unionem Hypostaticam; & pro Electione hujus potiùs Angeli, ad salutandum. *Impetrativum*, ut vi hujus prævisæ Missæ, fuerit accelerata Incarnatio, & ut innascatur tibi, tuis, toti mundo, Christus. Item, ut vi hujus prævisi sacrificij, potiùs hæc humanitas eligeretur, & hæc Mater; accipiendo utrumque tanquam circumstantiam Incarnationis. *Propitiatorium*, secundùm intentionem Redemptoris, Sacrum hoc offerendo pro iis, pro quibus ipse suam obtulit Incarnationem. *Altare*, Viscera Beatissimæ Deo plena, illique oscula infigenda. *Assistentes*, Sanctus Ioseph, & Sanctus Gabriel Angelus.

In nomine Patris, mittentis Filium, Filij missi, Spiritûs Sancti cooperantis. *Introibo* ad altare Dei: Viscera MARIÆ Deo plena *Iudica me*, & discerne, jam homo factus, Deus. *Emitte* lucem, è nube viscerum Virginis. *Confitebor* in Cythara, adorationis factæ ab Angelis Deo-Homini: & si tu Incarnatus es, cur tristor? *Gloria Patri* ut supra, In nomine Patris. *Adjutorium*, *Misereatur*, *Indulgentiam*, dicatur supra mundum, in quantum est concorporeus, consanguineus, Verbo Incarnato. *Confiteor Deo* filialiter incluso, MARIÆ materne includenti, *Michaeli*

chaëli, introductum in mundum adoranti, & unà Gabri-
eli annuntianti. *Ioanni Baptistæ*, noscenti in utero ex-
stentem; Sanctis Apostolis, *Petro*, qui vidit Incarnatum
Paulo, qui ut videret, in cœlum raptus, *Sanctis*, ante In-
carnationem, *Et vobis Fratres*, post Incarnationem na-
Mea culpa, affectu SS. legis naturæ: *Mea culpa*, nomi-
SS. legis scriptæ: *Mea maxima culpa*, nomine SS leg-
gratiæ. *Converte nos*, eapropter Incarnate. *Ostende* n-
bis faciem tuam, quam assumpsisti. *Dominus vobiscu-*
jam Incarnatus, *Oremus* ad eundem inclusum, in visce-
bus Beatissimæ. *Orationes* dirigantur ad IESUM in v-
ro Virginis positum. v. g. ad præparandas Unigeniti
vias, jam inclusi in utero. Excita potentiam tuam, & v-
ni, ex utero. Aurem tuam, parvulam, quam jam hab-
accommoda nobis. *Epistola* legatur Sanctis ante Incarna-
onem. *Evangelium* Sanctis post Incarnationem, præcipu-
qui in carne norant Dominum; in quorum persona,
catur & Credo.

Oblatio Hostiæ fiat, unà cum affectibus, quos Deus V-
bum, elicuit in Utero Virginis. *Oblatio Calicis*, unà cu-
desideriis Beatissimæ, Patriarcharum, ut veniret Me-
as: unàque cum desideriis eorum, qui æstuabant, æst-
ant, æstuabunt, ut illis innascatur Christus. *Præfatio* n-
mine Patrum limbi. *Consecro Domine* eo affectu, ut
quasi symbolum, & Sacramentnm tuæ Incarnationis.
sicut unio te hic, ita unitum voluissem Verbum, si posse-
cum hac humanitate; collocassem te in hoc Virginis u-
ro, sicut te hic præsentem consecrativè facio. *Elevo*
Domine, & ostendo populo sacramentaliter hic conte-
tum. ô quam voluissem ostendere Te mundo in utero V-
ginis inclusum! & dicere: hic est Deus Verbum. *Re-*
sitio Sacramenti, & *Immissio Particulæ*, fiat animo, pone-
di Deum Verbum, in utero Beatissimæ.

Pater noster, etiamsi sis parvulus, & adhuc in uter-
Qui es in cœlis, nunc in visceribus Beatissimæ. *Sanctifi-*
tur nomen tuum, vocandum IESUS. *Adveniat regnum*

um,

rum, Nativitas Tua. *Fiat voluntas tua*, in cælo, unde descendisti. *Et in terra*, ad quam venisti. *Panem nostrum quotidianum*, Te Incarnatum, ut citiùs Eucharistificaris. *Et dimitte* debita, propter quæ incarcerasti Te carni nostræ: *Sicut & nos* dimittimus debitoribus, tanquam concorporeis Tuis. *Et ne nos* inducas in tentationem, dubitandi de fide. *Sed libera* nos à malo, carendi fructu Incarnationis. Directio hæc Orationis Dominicæ ad secundam Trinitatis Personam, est paraphrastica, primò autem, insistendum est, primario sensui. Quod in aliis etiam similibus servari debere, aliàs præmonui. *Agnus Dei*, prævertendo affectus S. Ioannis. *Domine non sum dignus*, ut intres: quia benè Tibi est, in utero Virginis. *Communio.* Recipio Te Domine eo affectu, quo Te primùm recepit Mater in utero. Desidero sumere hanc communionem, ut ita in me concipiatur Christus, & nascatur animæ meæ. *Benedictio* detur mundo, tanquam concorporeo, & consanguineo Domini. *Evangelium* recitetur, ante Verbum, parvulum Hominem, in utero Virginis contentum.

AFFECTUS

1. Colloca te surrecturus, dormiturus, oraturus, &c. in angulo domûs Virginis Annuntiatæ, & fac te quasi Cubicularium illius. 2. Salutationes Angelicas, dirige ad Beatissimam, ut jam Deo plenam, novenarioq; numero institue aliquam devotionem, in memoriam novem mensium, quibus, in Virginis utero, fuit Deus Verbum. 3. Excita in te desiderium, quorumcunque Sanctorum Patrum, ad adventum Domini, incipiendo à primis Parentibus; planè ac si necdum venisset Messias. 4. Animo Sanctorum limbi, repete frequenter: *Rorate cœli.* 5. Corde omnium infidelium, & peccatorum, desidera, illis nolentibus, oppositumq; volentibus, ut in illorum corda, adveniat IESUS, multoq; magis id desidera corde fidelium. 6. Gratulare omnibus electis legis gra-

tiæ, quòd illis, post mortem, recta pateat cœlum. 7. Ad singulos ictus horæ, & quadrantum, benedic illud momentum, quo IESUS uterum Virginis ingressus 8. Desidero Domine, me, & mundum præparare, ut innascaris nobis. 9. Consepelias te, ob amorem IESU, latentis in utero Beatissimæ. 10. Accede frequenter ad IESUM, consepultum in Utero Virginis, pedesq; ejus osculare, & dic illi: *Tu autem in Sancto habitas, laus Israel*. 11 Tædeat te, & retedæat, quòd moretur Dominus: quòd non nascatur mundo. Vide hæc & alia in festo Annuntiationis Beatissimæ. 12 Incipiendo à 17. Decembr. distribue tibi classes Sanctorum, v. g. Angelorum, tum Sanctorum Veteris testamenti, & sic de reliquis, easque invita, ut in te, tibi, desiderent innasci Christum, suisque te ornent virtutibus. 13. In Vigilia autem, invita Beatissimam Sanctum Ioseph, ipsumque Dominum, in visceribus Beatissimæ inclusum.

VIGILIA NATIVITATIS

1. Ubi nascetur Deus? in stabulo! stupor! 2. Contende amorosè cum disponente omnia Providentia Dei, quòd peccatoribus, quòd Sanctis, locum natalis honoratum provideat, Deo Verbo, despicabilem. 3. Invita nutritium S. Ioseph, Beatissimam ut Matrem, & IESUM jam jam nasciturum, ut stabulum cordis tui introeat. Conversareque cum populo Sanctorum, à te, ad hoc cor tuum, diebus antecedentibus, invitato. 4. Propone aliquem actum humiliationis, in gratiarum actionem, pro humiliatione, electi stabuli, ad Nativitatem. 5. Mente accede, & osculare stabulum Domini 6. Offero Tibi Domine, affectus Matris & Ioseph, qui soli fortè erant conscij tunc Secretorum Domini, jam jam nascituri. 7. Gaude ante IESUM, in utero Virginis inclusum, quòd jam instet hora Nativitatis ejus. 1. Desidera cordi parvulo Domini IESU, violentiam amorosam inferre, ut in te nascatur IESUS. 9. Pete per affectus Christi, desiderantis, se

ſe mundo, naſcendo dare, ut det tibi zelum animarum, & gratiam ingenerandi aliis Chriſtum. 10. Ubicunque conſtiteris, converſatus fueris, redi iteratò ad receptos in te, IESUM, MARIAM, IOSEPH. 11. Invide felicitatem aſino & bovi, præſentiæ ad Nativitatem Domini: & cum in te abjectio ſit horum animalium, pete, ut te, præ his brutis, adſciſcat, proficiatque animæ tuæ, cùm non proficiat illis. 12. Deſidera, momento, proportionaliter reſpondente, ad momentum Nativitatis Domini, excitari in te aliquem affectum ſupernaturalem; ut eo venereris Deum-Hominem, tunc primùm naſcentem. 13. Offer veſtem ſtatûs tui ſpiritualis, ſed magis animam, pro pannis, quibus involvatur Deus puſio: & cor, pro præſepi.

LITURGIA NATIVITATIS DOMINI.

ADorativum offeratur Sapientiæ, excogitanti unionem Verbi hypoſtaticam, & Deo condeſcendenti, ut id fieret. *Gratiarum actívum*, pro gratiis datis, tam naturalibus, quàm ſupernaturalibus, ipſi humanitati Chriſti: & pro gratia, ſuperante gratias, nempè terminatione hypoſtatica. *Impetrativum*, ut mundus, Natum, pro ſe, agnoſcat. *Propitiatorium*, pro hac ingratitudine, quia non erat illi locus in diverſorio. *Locus ſacrificij*, Cunæ Domini, quibus & *Oſcula* figantur ante communionem: poſt communionem, ore jam dedicato, figantur pedibus IESU parvuli. *Aſſiſtentes*, Beatiſſima cum Sancto Ioſeph. *In nomine Patris*, hodie incipientis habere Filium, Hominem natum. *Filij*, bis nati. *Spiritus Sancti*, cujus obumbrationis hodie completio. *Introibo*, ad cunas Domini. *Iudica me Deus*, Vir quidem ſed & Infans, infantili per miſericordiam judicio. *Emitte* lucem, quæ circumfulſit Paſtores. *Confitebor* in Cythara, cantus Angelici, illis cantantibus quare triſtis es anima mea? *Adjutorium*, à poſito in cunis. *Confiteor*, auriculæ tuæ parvulæ. *Semper Virgini*, nunc & Matri. *Michaeli*, & militiæ cœleſti cantanti. *Baptiſtæ*,

cui voluissem annuntiatum: Iam natus Dominus. *Petro*, nescienti, quantum bonum illi nascatur. *Paulo*, necdum tum nato. *OmnibusSanctis*, per limbum salvatis, & *Vobis fratres*, sine limbo salvatis, salvandis. *Mea culpa*, ante Sanctum Ioseph dicatur, ut sit testis actus. *Mea culpa*, ante Beatissimam, eodem affectu. *Mea maxima culpa*, ante IESUM parvulum! quo etiam sensu dicatur, Sanctus, Agnus Dei, Domine non sum dignus. *Misereatur*, supra Ethnicos nescientes de nato. *Indulgentiam*, supra fideles *Converte nos*, & *Ostende* misericordiam, ad istam Missam *Kyrie* 1. pro Ethnicis. *Kyrie* 2. pro Circumcisis. *Christe* pro Catholicis. *Kyrie* 1. pro Hæreticis. *Kyrie* 2. pro Schismaticis. *Gloria in excelsis*, dicatur affectu Angelorum illud canentium. *Dominus vobiscum*, jam enim natus propter vos. *Oremus*, non tantum ad regnantem in cœlo, sed & in præsepi. *Epistola* legatur iis qui sunt ad tuam Missam, quasi ad illos ab æterno directa. *Evangelium* annuntietur mundo infideli, in prima Missa, in secunda fideli, in tertia, cælo. *Credo*, affectu Pastorum.

Oblatio Hostiæ fiat, & una paupertatis, quæ enituit in hac nativitate. *Calicis*, & una affectuum, qui aliquando erga natum Dominum præstiti, præstantur, præstabuntur. Porro conjunctio horum affectuum, vel cordium, in hac vel aliis Liturgiis, cum hostia v. g. non ita accipienda est, quasi proportionentur inter se, vel æquentur, hostia v. g. cum affectibus; sed eo sensu, quo junguntur secum, Oblatio Missæ & nostrarum orationum. Et casu quo offerantur corda peccatorum, clarè subintelligitur, offerri illa, ut purgentur a peccatis: quod alibi etiam expressum est. *Præfatio*, dicatur nomine eorum, qui aliquando sanctè abierunt Bethleem, ad illa verba: Lux tuæ claritatis, affectu desiderantis hanc lucem. ad verba: Visibiliter Deum cognosci mus, elice actum tristitiæ, quòd illum visibiliter non videris. Dum fiet mentio Angelorum, subde illos parvulo *Iesu*. *Consecratio*, in prima Missa fiat ut habeas quod Patri,

in

in secunda, quod Filio, in tertia, quod Spiritui sancto offeras. Vel quo affectu Domine collocari voluisti in præsepi, hoc affectu Domine, siste Te hic. *Elevatio*, quasi IESUM è manibus Beatissimæ acceptum, mundo ostenderes. Vel in singulis Missis, offer illum distinctis personis. Vel hostiam attolle, ostendens illum fidelibus; Calicem, ostendens illum infidelibus.

Pater noster, Pater futuri seculi. *Qui es in cælis*, nunc in stabulo. *Sanctificetur* nomen tuum, ante Pastores. *Adveniat*, Regibus. *Fiat voluntas Tua*, in cœlo, de quo cantatum, quod in excelsis sit gloria Deo. *Et in terra*, cui annuntiatur pax. *Panem nostrum da*, nate in domo panis hoc est Bethleem. *Dimitte*, pannis involute. *Dimittimus*, Tibi tot titulis adstricti. *Et ne nos* inducas in tentationem, nolendi tuis cunis inhærere. *Libera nos* à malo, quod est, non habere in corde natum IESUM. *Immissio particulæ*, Tu pro me incarnatus es, desidero ego me incapitare, inauriculare, inoculare, inviscerare, incordare tibi. Parce Latinitas affectui. *Communio*, ut in te, & in tuis, nascatur Christus. Vel pete à Beatissima, ut tibi permittat, in sacra communione, introducere in viscera tua hunc suum natum: ideò enim natus ut pascat te. Vel fiat animo, volentis, ex hoc stabulo, transferre IEUM parvulum ad se. *Benedictio* fiat, manu parvuli IESU. *In Evangelio*, ad illa verba: Sui eum non receperunt, elice actum pudoris, & confusionis, ob tantam rusticitatem mundi.

AFFECTUS

1. Poteratné Deus in tempore nasci! & si poterat (ut per fidem poterat (decuitné ut in stabulo nasceretur! stupor! Putasné Domine, quia abscondes Te ante me? novi ego, quia tu es Deus absconditus. 3. Ibo per universum mundum & annuntiabo gaudium magnum: quia natus est nobis Salvator mundi. 4. Et quomodo non amabimus te Domine, ita amantem nos? 5. Saluto Te Domine, meo & totius mundi nomine. 6. Cur Domine

me hic hæres? transfer Te in stabulum cordis mei, transfer Te ad me, ô Virgo Mater, & tecum habebo IESUM. 7. Osculor tibi pedes, manus, cor: & vaticinor tibi, de plagis, hic infligendis osculoque meo, designo vulnerum loca. 8. Gere te mecum Domine per modum pueruli parvuli, ut possim aliquid eblandiri à te, & exadulari. 9. Accedo ad te, vinctum pannis Domine, non repelles me à te. 10. Felicius tu es ô stramen, quàm cor meum. O si in illo jacuisset Christus! 11. Cur properasti Domine, è visceribus Matris tuæ? nonnè illic tibi melius erat? 12. Benedic Domine IESU nobis: accipe illum & Beatissima, & benedic illo mihi, Patriæ meæ, toti mundo. 13. O quam voluissem Domine, halitu meo calefacere te! faciant id tibi, electa à te jumenta. 14. Salutâsti, in intuitu Patris, indubiè mundum Domine; re saluto ego te, nomine illius. 15. Offero tibi Domine & innovo actus Filij, recenter nati. 16. Offero tibi Mater, affectus Filij; Fili, affectus Matris. Non loquebamini illi Domine ore, cordibus vos intelligebatis. 17. Lacte Beatissima Filium Tuum, da illi amore mei, Eleemosynam lactis Tui, ut mihi bene ab illo fiat. O quanta mea felicitas foret, si illi in cultum, in usum, sanguinem meum darem! 18. Lacrymæ IESU, recens nati, impetrate mihi contritionem in omni confessione, & circumstantia, obligante, occurrente, & in hora mortis meæ. 19. Gratias vobis Angeli, pro obsequioso cantu; cantate Domino pro infimis terræ: *Gloria in exclsis*; turbido mundo: *in terra pax*. 20. Voluissem ad te advocare Pastores Domine: voluissem unà cum illis invisere Te. 21. Gratulor oculis vestris Pastores, quibus vidistis IESUM. 22. Meis affectibus careo, Pastorum tibi affectus Domine offero. 23. Propter amorem istorum pauperum, ne obliviscaris Domine, animas pauperum tuorum in finem, voca pauperes ad te. 24. Intelligis Tu parvule Domine, superintelligis omnia: intellige super egenum me, & pauperem, qui visceraliter clamat ad Te:

Da

Da mihi Domine IESU strenam, da mihi strenam.

25. Institue deliberationem, quid debeas Domino IESU pro strena offerre?

LITURGIA FINIS ANNI.

ADorativum, sit in cultum Æternitatis Divinæ à parte Antè. *Gratiarum Activum*, pro beneficiis consecrandi, communicandi, absolutionis aliorum, absolutionis tui, pro beneficiis prosperitatis, & afflictionis, item pro sanitate & morbis hujus anni. Denique pro omnibus, tam naturalibus, quâm supernaturalibus gratiis hoc anno perceptis. *Impetrativum*, similium & majorum Dei gratiarum, pro anno sequenti. *Propitiatorium*, pro peccatis hoc anno patratis, pro impeditionibus uberioris influxûs Divini, & quia non implevisti mensuram meritorum, quæ cum Dei gratia habuisses: Si gratiis oblatis cooperatus fuisses. *Altare*, sint omnia illa Templa & Sacella, & oratoria, in quibus hoc anno celebrasti; desiderando in hac una Missa, innovare omnes Missas istius anni. Hisque altaribus, oscula infigantur. *Assistentes*, omnes illi Sancti & Sanctæ, quos & quas, anno exacto, invitâras, ad assistendum tibi.

In nomine Patris, Signa te omnibus illis Crucibus quibus te signasti anno præterito. *Introibo ad Altare Dei*, illud omne, in quo anno præterito celebravi. *Iudica me Deus* & discerne, præcipuè à peccatis anni præteriti. *Emitte lucem*, innovando in me omnes illustrationes tuas *Confitebor* in Cythara omnium mensium, dierum, horarum, momentorum anni præteriti: jam quod affligebat, transiit, quare tristis es? In reliquis, omnia fac innovativè eorum omnium, quæ hoc anno fecisti, sed meliore devotione, quàm feceris. *Dominus vobiscum*, dicatur ad omnes, qui hoc anno tuum Sacrum audierunt.

Oblatio & *Consecratio*, fiat animo innovandi omnes oblationes, & consecrationes, hoc anno factas. *In Elevatione* Calicis, desidera colligere omnes illas gemmas, quas

quas voluiſſes in Calicem tuum deſcendere, ad ornandum Sanguinem Domini tui. *Cum particula*, ſubmerge in Sanguine Domini omnes tuas afflictiones, anni præteriti, & merita, ſi quæ habuiſti. *Communio* fiat, repetitive omnium tuarum communionum, anni præteriti, & aliorum, qui hoc anno, ſanctè, etiam per modum viatici cōmunicarunt. *Placeat*, dicatur recommendando omnia Sacra, quæ hoc anno feciſti. *Benedictio* detur omnibus, quibus hoc anno, in tuis Sacris, ubicunque tandem, benedixiſti.

AFFECTUS.

1. Gratiarum actio pro omnibus beneficiis, cuicunque irrationali creaturæ hoc anno datis: item pro beneficiis datis, Reprobis, Prædeſtinatis, Tibi, Tuis. 2. Revoca tibi in memoriam peculiaria Dei beneficia, & Cruces hujus anni, & pro illis hoſtiam laudis offer. 3. Innova omnia opera tua, & Electorum, & Reproborum in gratia, hoc anno facta. 4. Dole de tuis, deteſtare aliena, & tua, hoc anno facta peccata. 5. Deprecare manum Dei, gratiarum diſtributivam, ne tibi iraſcátur, quòd toties illam offenderis, non reſpondendo gratiis peteque, ne deſinat benefacere tibi. 6. Fac actum aliquem, ſuppletivum: quia non impleviſti menſuram meritorum, quæ cum gratia Dei habere potuiſſes: ſi gratiis oblatis cooperátus fuiſſes. 7. Congaude omnibus, hoc anno cœlum ingreſſis. 8. Ingemiſcas ſupra miſeriam, & miſeriam æternam, hoc anno condemnatorum, & renova actum, volendi obſtruere locum inferni, ne anno ſequenti, damnentur homines. 9. Condoleas illis, qui primùm hoc anno, mortaliter peccaverunt. 10. Pete ſingulariter à Deo, liberationem è purgatorio, earum animarum, quæ adhuc ante mediam noctem, hoc eſt, finem præſentis anni, poſſent ingredi cœlum. 11. Ingemiſce ad tuam miſeriam: annum perdidiſti, & perdidiſti irreparabili damno.

LI-

ADoratiuum, offeratur æternitati Divinæ á parte poſt. *Gratiarum* *actiuum*, anticipato pro beneficiis, hoc anno, dandis tibi, & cuicunque. *Impetratiuum* benedictionum in naturalibus, & ſupernaturalibus. *Propitiatorium*, pro impeditivis, ne Deus tibi, & aliis, ſe largè communicet. *Altare*, ſint omnia illa loca, in quibus videt Deus, te hoc anno celebraturum, illiſque oſcula infigantur. *Aſſiſtentes*, Sanctus Ignatius Martyr, & Sanctus Pater, uterque nomini IESU affecti.

In nomine Patris Signa te, affectu ſtupentis, quòd ingrediaris annum ut horreas, neſciens qualis ſit ille futurus. *Introibo ad Altare Dei*, & omnia illa altaria, in quibus hoc anno celebrabo. *Iudica me Deus*, ut ſaltem hoc anno diſcernar a malis. *Emitte lucem*, ampliorum illuſtrationum tuarum. *Confitebor in Cythara*, actionum, & afflictionum, hujus anni. *Quare triſtis es anima mea?* talis eſt vita hæc, ut ſine Cruce eſſe non poſſit. *Adjutorium noſtrum* pro hoc anno. *Confiteor Deo*, Vitæ, Beatæ, dictæ Vita. *MICHAELI*, Patrono exitûs. *IOANNI* Baptiſtæ, mortuo non ſeni. *PETRO* cum ſenuit, ducto, quò nollet. *PAVLO*, non ſuâ morte, ſed gladio extincto. *Omnibus Sanctis*, præcipuè præterito anno mortuis. *Et vobis Fratres*, prædeſtinati, hoc anno morituri. *Mea culpa*, damnatorum dolores improficuos, vertendo in bonos. *Mea culpa*, affectu animarum purgatorij. *Mea maxima culpa*, affectu Beatorum, deteſtantium ſua peccata. *Miſereatur*, *Indulgentiam*, dicatur ſupra pœnitentes tuos, hujus anni. *Converſus*, adhuc hoc anno, ad nos Domine, vivificabis nos, hoc anno toto, aut ejus parte, quouſque tibi placuerit. *Dominus vobiſcum* omnes actiones meæ, & Cruces hujus anni. Vel, Vobiſcum Dominus, animæ, circa quas hoc anno laborabo. *Oremus* affectu majori, quàm hucuſque oraverimus. *Gloria in excelſis*, præcerpendo affectus, quos hoc anno Beati in cœlo impendent Deo. *Credo*, affectu, hoc anno primùm percepturorum fidem, ſive puerorum, ſive adultorum. *Oblatio Hoſtiæ*, & unà tui, ad

me

melius Deo serviendum. *Oblatio Calicis*, & unà tui, ac quasounque Cruces. Vel fiat, anticipando omnes Missæ Oblationes, quas hoc anno facies. *Præfatio* dicatur nomine Sanctorum, qui anno præterito cœlum ingressi. *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum*, nomine eorundem Animarum purgatorij, præsentis anni & Sanctorum præsenti anno, cœlum ingressurorum. *Consecratio fiat*, intentione ponendi hic Christum, in quantum est vita. *Elevatio Hostiæ* fiat, ad impetrationem naturalium, *Calicis* ad impetrationem supernaturalium bonorum. Vel, in hac una elevatione, compingendo Elevationes omnes, hoc anno faciendas.

Pater noster dans nobis vitam. *Qui es in cœlis*, & ego adhuc hoc anno in terris. *Sanctificetur* nomen Tuum, inter Sanctos. *Adveniat* regnum tuum infidelibus. *Fiat voluntas Tua*, sicut in cælo per mortem, vel in terra per vitam. *Panem* Eucharisticum, hoc anno, da nobis. *Dimitte* debita, quæ fortè hoc anno contrahemus. *Dimittimus*, hujus anni debitoribus. *Et ne nos inducas* in tentationem: quæ sit nos victura. *Sed libera* nos à malo, reprobæ mortis. *Immissio particulæ*, & unà tui, in Sanguinem Domini, ut hoc anno, sis hujus Sanguinis inquilinus. *Sumptio Eucharistiæ* fiat, affectu volentis sumere, quasi præservativam medicinam, contra mala præcipuè animæ hoc anno infestatura; nec dimittas Dominum, donec benedixerit tibi. *Benedictio* fiat à te, tibi, tuis, toti fideli, & infideli, & irrationali mundo, pro hoc anno.

AFFECTUS

1. Accede ad Sanctissimam Trinitatem, IESUM Crucifixum, Beatissimam; & roga, ut benedicant coronæ anni, pro toto mundo, etiam pro creaturis inanimatis. 2. Ego dixi Domine: Nunc cœpi; majori quàm unquam antè fervore, serviam tibi. Sanctissima Trinitas, IESU Crucifixe, ...tissima, 3. Iuro & statuo, custodire judicia Iustitiæ ... & quicquid in oppositum fecero, puta Domine, nolenti

lenti irrepsisse. 4. Statuo Domine vivere, sicut homo alterius seculi, quasi, jam hoc anno moriturus. 5, Elige tibi Patronum anni, consolationum, afflictonum, negotiorum tuorum 6. Cura expergefieri, proximè ante mediam noctem, ut ita claudas præteritum, incipias novum annum, mente Deo conjunctus. 7. Offero tibi Domine, anticipato hoc anno, omnia cujuscunque opera: Sacrificia item missæ, & votorum, omnesque servorum tuorum mortificationes: & si quæ erunt Martyria. 8. Innova vota quæcunque, a te facta, 9. In signum, quia amas Deum, quid facies? unire illi mente. Quia amas Iesum Crucifixum, opta tibi Cruces. Quia amas Beatissimam, desidera declarari hoc anno, immaculatam Conceptionem. Quia amas proximos, fac unumquemque ex illis, Dominum tui honoris, & famæ. 10. Revoca tibi in mentem, in quo prævides, quòd indigeas specialiter à Deo juvari, pete pro hoc, auxilia ejus. 11. Ora, ut præserventur, qui necdum mortaliter Deum offenderunt: & pro primùm convertendis, hoc anno. 12. Apprehende vivaciter: voluit ab æterno Deus, ut hoc anno, in Ecclesia Dei esses: & ad quid? 13. Fac propositum speciale, pro vitio, hoc anno, specialiter extirpando; & pro exercenda specialiter virtute aliqua. 14. Fac tot actus alicujus virtutis, quot annos vitæ numeras. 15. Incipe ita vivere, ac si nunc primùm, spiritualiter vivere inciperes.

NOMEN IESU

1. Desidera infigi cordi tuo Nomen Iesu, ut fuit infixum cordi Ignatii Martyris, eundemque felicitatem opta tuis. 2. Pronuntia in Corona hoc nomen, ut pro hoc anno sanctifices os tuum. 3. Desidera, ut nomen Iesu dulcescat melius Christianis. 4. Accipe Personam cœlestium, terrestrium, & infernorum, & illorum nomine, adora nomen Iesu; eiq; genu flecte. 5. Gratias age Sancto Patri Ignatio, pro affectu, quem

habuit ad hoc nomen; ob idque pete illi augeri gloriam accidentalem. 7. Pete pro agonizaturis, felicitatem pronuntiandi in agone nomen IESU. 8 Desidera pro iis, qui aspirant ad conversionem gentium, ut portent nomen IESU, coram Regibus & gentibus. 9. Profer nomen IESU, decorando ejus prolationem affectu, complacentis sibi in hoc nomine Sanctissimæ Trinitatis, eligentisq; illud Verbo Incarnato; affectu item Angeli annuntiantis illud Beatissimæ; affectu Beatissimæ, & S. Ioseph, illud proferentium; affectu item quorumcunque Sanctorum, præcipuè Sancti Bernardi, & Bernardini quibus in corde & ore, nomen hoc dulcescebat.

LITVRGIA EPIPHANIÆ.

ADorativum, Supermagnificentiæ Divinæ, cui debetur omnes adorationes, & impensæ. *Gratiarum*. *Activum*, pro vocatione trium Regum, gentium, inspirationibus datis, ad offerendum bona terræ Deo. *Impetrativum*, ut vocentur gentes, justificentur Reges, detur inspiratio, ad offerendum bona terræ Deo. *Propitiatorium*, pro peccatis Regum. *Locus Sacrificij*, locus ubi Christus adoratus, cui & oscula infigantur. *Assistentes*, Sancti tres Reges, & eorum Angeli. *Signo Crucis*, ite signa, quasi ita signares, Reges & gentes

Introibo ad Altare Dei, ut supra. *Iudica me DEus*, quia parum egi, verius nihil, in conversione animarum. *Emitte lucem*, stellæ internæ, prælucentis Regibus, *Confitebor Tibi*, in conversione Regum & gentium. *Quare tristis* es anima mea? quia tam multi sunt adhuc infideles Reges, & gentes. *Gloria Patri*, nomine Regum & gentium fidelium *Adjutorium* nomine laborantium circa animas Regum, & gentium, ad quos dirigatur *Misereatur*, & *Indulgentiam*. *Confiteor Deo* Regi, *Beatissimæ* Reginæ, *MICHAELI* Principi, *IOANNI*, Reges increpanti, *PETRO* & *PAVLO*, loquentibus coram Regibus & gentibus

tibus, & non confusis, *Omnibus Sanctis*, Regibus; *&* *vobis* Fratres, Sancti Regum subditi. *Mea culpa*, nomine Regum infidelium, & gentium: *Mea culpa*, nomine Regum Christianorum, & gentium, sed à fide aberrantium. *Mea maxima culpa*, nomine Regum & gentium Catholicarum. *Introitus*, sit annuntiativus Regibus & gentibus. *Kyrieeleison* 2. nomine Regum & gentium Ethnicarum. *Christe*, nomine Catholicorum Regum & gentium. *Kyrie* 2. nomine Regum Christianorum & gentium sed à fide aberrantium. *Gloria in excelsis*, nomine primi Regis, *Gratias agimus tibi*, nomine secundi. *Domine Fili*, nomine tertij. *Qui tollis* peccata mundi, nomine primi. *Qui tollis*, nomine secundi. *Qui sedes* nomine tertij. Eadem alternatio servetur dicendo: *Quoniam Tu solus*, ita enim fiet ut in persona uniuscujusque è tribus Regibus, bis caput Christo inclines. *Cum Sancto Spiritu* dicatur nomine omnium unà. *Dominus vobiscum*, Reges & gentes fideles, & infideles. *Oremus*, cum tribus Magis. *In Oratione*, desidera etiam in terris, circa præcipuè agonem, videre speciem ejus celsitudinis. *Epistola* annuntietur Gentibus. *Evangelium* Regibus, ubi in genuflexione, desidera innovare, adorationes factas a tribus Regibus. *Credo*, dividatur, ut Gloria.

Oblatio Hostiæ fiat, & unà cordium Regum; *Vini* autem oblatio fiat, unà cum oblatione populorum subditorum. *In Secreta*, protestare, quòd voluisses aliquid offerre Christo: quia non obtulisti, in supplementum, offer hoc Sacrificium. *In Præfatione*, quærulaberis, quòd parum habeas de luce reparante, eam dic nomine Regum, jam in cœlo triumphantium. *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum*: dicantur singillatim, in Persona trium Regum. *Consecro* te Domine, ut ponem te hic, tanquam dignum adoratione Regum, & gentium. Vel, pone te hic Domine sacram entaliter, secundum quod, es Rex Regum, & Dominus dominantium. *Elevatio Hostiæ* fiat affectu invitantis: Adorate eum omnes Reges terræ. *Elevatio*

Calicis

Calicis, itidem fiat invitative: Omnes gentes serviant *Pater noster*, Rex noster. *Qui es in cœlis* nunc in sinu Vi ginis adorate. *Sanctificetur nomen tuum*, in gentibus. *A veniat*, Regibus. *Fiat voluntas tua*, in cœlo, è quo ste missa; *Et in terra*, in quam illa missa. *Panem* da, qui sti nam à Regibus hodie accepisti. *Dimitte*, in gratiam R galis solemnitatis : *sicut & nos dimittimus*, in gratian ejusdem. *Et ne nos inducas*, in tentationem, non obedit di Præpositis nostris. *Sed libera* nos à malo, Dominor qui discoli sunt. *Immissio Particulæ*, & unà cordium R gum sit. *Communio* Hostiæ fiat, nomine subditorum, Co mu nio Calicis nomine Regum. In *Postcommunione*, pr care intelligentiam purificatæ mentis omnibus, qui i digent speciali Dei illustratione. *Benedictio* detur, R gibus & gentibus.

AFFECTUS.

1. Gratiarum actio providentiæ Dei quia honora tractavit Deum-Hominem, in hac adoratione à Regib 2. Gratiarum actio ipsis Regibus, quòd liberè instinct Divino paruerint, & humiliando se, Deum quidem, ad aspectum, Stabularium infantem, venerati sunt 3. Plaude & exulta, de hac exaltatione Filij, honora one Matris. 4. O quàm voluissem ego, esse sicut stell quæ evocavit Magos! saltem evocem Hæreticos ad dem, peccatores è Catholicis, ad pœnitentiam. 5. S scipe Domine omnes gentes, in his primitiis gentiu etiam gentem nostram. 6. Subdo Domine, in his t bus Regibus, omnes Monarchas & Reges. 7. Conju vos, Sancti tres Reges, per affectus, à IESU & MARI vobis ostensos, impetrate mihi affectus vestros, stupori adorationis, oblationis, liberalitatis erga Deum, sed m ximè amoris. 8. Ego pauper offero tibi Domine a rum illorum, sed & omnes thesauros fidelium, expens in opera pia, tot ædificia, & fundationes. Indevoti thus illorum, & unà sacrificia tibi placita, & omnes o tion

tiones cœli & terræ. Immortificatus, offero tibi Myrrham illorum, & unà omnia martyria, mortificationes, afflictiones servorum tuorum. 9. Offero tibi Domine, etiam hanc parvulam strenam, correctionem in illo vitio, quod corrigendum cum gratia tua, hoc anno statui; & exercitium illius virtutis, quod obire, cum gratia tua, hoc anno proposui. 10. Emendica à Domino IESU, strenam amoris Dei, talenti docendi & concionandi, strenam item spiritus Apostolici, felicitatis ad animas; idemque à Beatissima pete. 11. Emendica strenam Ecclesiæ, Regno, Statui tuo, Tuis. 12. O si Domine locutus fuissem de testimoniis tuis, in conspectu Regum! Da mihi, si non Reges, saltem tres peccatores maximos convertere, cum tua benedictione. 13. Oro Domine, specialiter, pro iis, qui serviunt, servient, conversioni Regum, sed & pro iis, qui serviunt, servituri sunt, conversioni infidelium. 15. Offero tibi Domine affectus Regum & Regulorum, quos tibi Domine ubicunque tandem reddunt hodie; habes enim tu Domine, & ex illis tuos. 15. Benedic Domine Regibus, benedic gentibus, ea benedictione, quam dedisti hodie, tribus Sanctis Regibus.

LITVRGIA BACCHANALIORVM.

ADoratïvum fiat Divinæ dignitati tantæ! & tamen permittenti se contemni peccando. *Gratiarum Activum*, pro gratiis datis peccatoribus, tam præservativis, quàm curativis, præcipuè hoc tempore. *Impetrativum*, similium gratiarum. *Propitiatorium*, pro peccatis hoc tempore, quandocunq; factis, nunc præcipuè. *Assistentes*, S. Petrus Apostolus, & S. Maria Magdalena. *Altare*, omnia illa loca, in quibus pœnitentiam egerunt Sancti, illisq; oscula infigantur. *Signum Crucis* fiat, animo abigendi omnes tentationes, ab omnibus tentatis.

Introibo ad Altare Dei, loca in quibus Sancti pœnitentiam egerunt, vel in corda illorum. *Iudica* me Deus, dicatur

tur nomine omnium pœnitentium, & eorum,, qui hun
tentantur, & nunc, per gratiam Dei resistunt. *Emitte l*
cem illustrationum, ut cognoscat mundus, quàm malu
sit, Te Dominum nostrum offendisse, offendere! *Confiteb*
tibi in Cythara, pœnitentium, & resistentiæ, quando
cunque tentationibus factæ. *Gloria Patri*, nomine pr
servatorum: *Filio*, nomine curatorum à peccatis: *Spi*
tui Sancto, nomine meo, qui tantus peccator, toti
præservatus, toties curatus sum. *Adjutorium*, nomi
eorum, qui nunc tentantur. *Confiteor Deo*, contemp
à peccatoribus. *Beatæ*, refugio peccatorum. *Michaeli*,
Angelis custodibus peccatorum, *Baptistæ*, prædican
pœnitentiam. *Petro & Paulo*, post peccata conver
Omnibus Ss præservatis. *Et vobis Fratres*, curati à pec
tis. *Mea culpa*, nomine præservatorum: *Mea cul*
nomine curatorum à peccatis: *Mea maxima culpa*,
mine meo. *Misereatur*, supra præservandos. *Indulg*
tiam, supra curandos. *Deus tu conversus.* Pete, ut vi
ficentur per gratiam, ij, qui mortui Deo. *Ostende*,
catur nomine præservandorum. *Dominus vobiscum*,
catur animo introducendi Dominum, in corda pecca
rum, tanquam expulsum, à cordibus illorum. *Oremu*
nomine quorumcunq; orantium, pro conversione pe
catorum; nunc præcipuè *Kyrie* 2. nomine præserva
rum: *Christe*, nomine curatorum à peccatis: *Kyrie*
nomine meo, qui tantus peccator sum. Eadem inten
one dicatur, *Sanctus, Agnus Dei, Domine non sum dig*

Gloria in excelsis, dicatur nomine præservatorum
peccatis; quibus & *Epistola* legatur. *Munda cor meu*
dicatur affectu petentis efficaciam in concionando, nun
& postea concionaturis, circa hoc tempus. *Evangeliu*
annuntietur curatis à peccato; quorum nomine dicat
& *Credo*; gaudendo, quòd talis habitus fidei sit à De
concessus, qui durat, etiam in peccatoribus, modò no
committant peccatum infidelitatis.

Oblatio Hostiæ fiat, animo impetrandi gratias præser
vativas,

vativas. *Oblatio* autem *Calicis*, fiat animo impetrandi gratias curativas. Vel cum hostia, offerantur corda præservatorum: cum Calice, corda curatorum. Vel Hostia offeratur pro masculis; Calix pro fœminis, ut præserventur, curentur. *Consecratio*, eo animo fiat: Sicut ego Domine, virtute verborum tuorum, converto substantiam panis & vini, in Corpus & Sanguinem tuum; ita tu Domine, converte corda peccatorum, in amorem tui. *Elevatio* fiat, eo animo: Abi Domine in cœlum, quia male tibi in terra, à peccatoribus, est. Vel, Accipe Domine Sacramentum Corporis & Sanguinis Tui, & pro hoc pari oblationis, da nobis par gratiarum: gratias tuas præservativas, curativas. Vel, sit conjurativa: Ob amorem hujus quem elevo, nolite Dominum vestrum offendere peccatores!

Pater noster, sumatur ex via purgativa. *Attollatur* cum Calice Hostia, elevando Deum supra id omne, quod Deus non est, intensissimèq; preceris Deo contempto, omnem gloriam. *Immissio Particulæ* sit, sed & unà cordium, eorum, qui necdum mortaliter peccârunt, ut hic securi sint & defensi contra tentationes. Vel cordium eorum, qui præservati, & eorum qui curati sunt. *Sumptio Corporis* Domini, hac intentione fiat: Abscondo Te Domine in corde meo, quia male tibi est inter peccatores, tutabor te Domine corde meo. *Sumptio Sanguinis fiat*, ad extinguendas libidines, hoc præcipuè tempore dominantes. *Benedictio detur*, intentione, & animo abigendi omnes tentationes ab omnibus tentatis.

AFFECTUS.

1. Imaginare Christum, exulem & extrusum, è cordibus peccatorum, per illorum scelera; invita Dominum, ut cor tuum & anima, sint illi, non tantum hospitium, sed domus & mansio, in æternum. 2. Excita in te desiderium, dulcorandi omnes has amaritudines,

quas patitur IESUS, a peccatoribus. Dulcora autem ill corde tuo, sed dedicato, Sanguine Domini tui. 3. E pertus es, qualem tu, & quam diligentem, circa an mam tuam, habeas Angelum custodem; pete ergo illc, ut peccatorum Angelos custodes juvet, in abd cendo, a peccatis. 4. Constitue aliquid speciale quod offeras Deo, Beatissimæ, Angelis custodibus, Patronis eorum, qui necdum peccarunt mortaliter; impetres illis, ne & nunc peccent. 5. Appella attrib tum Sanctitatis Divinæ, impeditivum scelerum in ali ut modo virtutem suam exerat, & mitificet. 6. I dubie (quod dolendum) inveniuntur nunc, etiam pr destinati, & tamen Deum offendentes mortaliter: O ergo cordialiter, ut omnium fidelium nomina, bea prædestinationis liber adscripta retineat. 7. Do de peccatis, quæ circa hoc tempus aliquando commi sunt, vel committentur. 8. Desidera ubire tibi, identificare, corda omnium peccatorum; & illa ad D um converte. 9. O si Domine, quibuscunq;, ubicu que, peccare deliberantibus, possem Te sistere Cruci vum! & ob tui amorem, emendicare, ne in offensam am proruant. 10. Statue tibi tres sagittas, mundum pœnam peccatorum impetentes· quid oppones? Sanctu Dominicum, S. Franciscum, Sanctos alios Ordines: vel maxime, IESUM, MARIAM, Ecclesiam. 11. Im ginare, potestates aereas, circumcursantes, ad tenta dum homines. Sanctum, Domini IESU, ultimum spirium, sanctifica aerem nostrum: expelle ab eo Le nem, qui circuit, quærens quem devoret. 12. F me Domine turrim tibi, in qua nemo te impugnet: i qua securus habites. 13. Cura, ut sincere persen icas, in corde tuo, quod velles mori, ne Dominus us offendatur. 14. Jube me Domine, audire quer las mundi, contra te: scio tuas, superjustas, contr mundum. Refero tibi Dominæ: nugæ nugarum, vani vanitatum; non est, cur mundus non amet te? Ah in

gio

gio: non est, cur ego non amem te? & tamen non amo, ut debeo: & hoc ipsum, quòd amo, tam parum est, ut videar non amare te. 15. Assumo Domine personam omnium peccatorum, includo etiam his mea scelera, & pro his omnibus doleo dolore meo, desidero quàm serventissimo: sed hoc parum est; doleo, dolore Sanctorum, & ipsius Beatissimæ, indolentis ad offensas Dei, & hoc parum est: doleo, dolore tuo Theandrico.

LITVRGIA DE PASSIONE DOMINI.

A*Dorativum fiat*, Deo humiliato. *Gratiarum Activum* pro decreto tantæ humiliationis, ejusque acceptatione à Christo. *Impetrativum*, ut ametur Crucifixus, Passioq; ejus colatur. *Propitiatorium*, pro Christicidio. *Altare*, supra quod celebrabitur, erunt, aut vulnera Domini, aut aliquod, ex sacrariis Hierosolymitanis, iisque oscula infigantur. *Assistentes*, S. Longinus, & bonus Latro; vel Maria Magdalena cum Petro flente: vel Sancti, devoti ad Crucifixum, & Afflicti.

In nomine Patris, affectu volentis sibi imprimere vulnera Domini. *Introibo* ad altare Dei, vulnus Domini, vel sacrarium Hierosolymitanum. *Iudica*, & discerne, à reprobis, & peccatoribus, ob Crucifixum. *Emitte* lucem, è vulneribus tuis. *Confitebor*, in te, Cythara extensa in Cruce. *Quare tristis es?* quomodo tristari non debeo, & Dominus meus Crucifixus est? *Gloria Patri*, per Circuminsessionem in Christo præsenti. *Confiteor Deo*, crucifixo, *MARIÆ*, sub cruce stanti. *Michaeli* crucem reverenti, & Angelo Dominum confortanti *Baptistæ*, de Crucifixo prophetanti: Ecce Agnus Dei. *Petro*, amarè flenti. *Paulo* stigmata portanti. *Omnibus Sanctis* Crucifixio affectis. *& vobis Fratres*, Afflicti. *Quia peccavi nimis cogitatione*, quod confiteor Capiti Crucifixi. *Verbo*, ori Crucifixi. *& opere*, Manibus Crucifixi. *Mea culpa*

ad pedes: *Mea culpa*, ad manus : *Mea maxima culpa*, ad cor Crucifixi. *Ideo precor*, ut ſupra. *Miſereatur*, dic ſupra afflictos. *Indulgentiam*, precare devotis ad Crucifixum. *Converte nos*, tu qui converſus ad nos, inclinato capite. *Oſtende* nobis miſericordiam tuam: vulnera tua *Kyrie* 2. ad pedes: *Chriſte* ad cor: *Kyrie* 2. ad manus Crucifixi. *Dominus Vobiscum*, apprecativum præſentiæ omnibus, ad pedes Crucifixi. *Oremus*, ad caput ejus inclinatum. Ad *Per Dominum*, inclinando caput, crucem illo pedentis Domini, reverenter continge. *Epiſtola* legatur, Afflictis. Ad *Munda cor meum*, pete tibi & locuturis, concionaturis, de Paſſione, efficaciam in dicendo *Evangelium legatur*, devotis ad Crucifixum. Orationes omnes, petitiones Canonis, dirigantur ad Crùcifixum in quantum, per accommodationem, ſe dirigi patiuntur. Itemque *Gloria & Credo*. Vel certè: Gloria dicatur nomine Afflictorum. Credo nomine devotorum ad Crucifixùm. Dividi etiam poteſt Gloria in excelſis per vulnera Domini, Tu ſolus Dominus &c. dicendo ad caput ſpinis punctum.

Oblatio Hoſtiæ, & cordium, devotorum Crucifixo. *Oblatio Calicis*, unàq; cordium, nunc Afflictorum, Affligendorum. Præfatio dicatur, gratias agendo, quia per Crucem ſalvati ſumus, qui aliter ſalvari potuimus. *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non ſum dignus*, ad pedes, ad manus, ad cor Crucifixi, partitò dirigantur. *Intentio Conſecrandi:* Volo ponere hìc vulnera Domini, cum corpore crucifixo, ſanguine fuſo. *Elevatio Hoſtiæ*: Vide peccatores, quem confixiſtis. Vel, vide munde, quem ego ſceleribus meis crucifixi. *Elevatio Calicis*: Reſpice Pater in faciem Chriſti tui. Aut elevatio Hoſtiæ fiat, offerendo illam pro devotis ad Crucifixum. *Elevatio Calicis*, fiat, pro Afflictis. *Pater noſter*, Crucifixi, inferiùs habetur. *Immiſſio particulæ fiat*, vel intentione abſcondendi te, nunc in hoc, nunc in illo vulnere Domini: vel immergendo illi, totum prædeſtinatorum populum.

pulum. *Communio*, intentione fiat, ſepeliendi in te Chriſtum. Vel, ut non vivas tu, ſed jam vivat in te Chriſtus, Calicem ſume, quaſi in illum ſub Cruce poſitum, totus ſanguis Domini influxerit; & quaſi jam, etiam ſanguine cordis, foret repletus. *Benedictio fiat*, manu Crucifixi.

QUADRAGESIMÆ INITIUM.

1. Renovanda conſuetudo imaginationis, quòd Crucifixi pedibus, applicato ſis vultu, conſuetudo intingendi, ſaltem primos bolos, in ſanguine Domini, vel conſputa facie ejus; conſuetudo intingendi linguam tuam, in vulneribus Domini, antequam ores; conſuetudo apprécandi bene, omnibus tibi occurrentibus, à Crucifixo; conſuetudo indormiſcendi ad pedes Domini, ad illos evigilandi, ſurgendi. 2. Aſſignanda ſpecialis mortificatio, per quadrageſimam exercenda, quæ ſit imitativa flagellati, felle & aceto potati Domini, itemq; in cruce extenſi, ac ejus quinq; plagarum. 3. Intentiones jejunij faciendæ. 1. Ex via purgativa: Vellem me Domine fame enecare, ita me, ob peccata mea, odi: in ſignum hujus odij jejunabo. 2. Ex via illuminativa: Dominus meus felle & aceto potatus, cur mihi debet eſſe bene? 3. Ex via unitiva: Regnum cœlorum, non eſt eſca, nec potus, præparabo me illi, utriuſque abſtinentiâ. Dic item: Unio Domine jejunium meum cum jejunio Anachoretarum, quorumcunque Sanctorum; cum jejunio tuo: cum tuis, felle & aceto. Offer quoq; iſtud jejunium, & defectus occurrentes, pro aliqua ſpeciali intentione, ratificaque conſuetudinem, cum aliqua eſurie, recedendi à menſa. 4. Ordinariæ preces dicantur, poſt Dominum orantem in ſua Eremo. Accedatur frequenter ad Dominum, ut illum ſoleris, eaque illi officia exhibe, quæ exhibita velles, ſi tunc vixiſſes, & Dominum noſſes. Offer illi frequenter paſtum cordis tui, & potum ſaltem deſiderii, lacrymarum. Ubi in comen-

dendo

dendo te mortificaveris, offer id Deo, & ut gustui illius placeat, condi felle & aceto Domini; aut offer, Christo jejunanti. 5. Gratias age, per hoc jejunium, pro rebus victûs, ab initio creationis mundi, ad hoc usque tempus, cuicunque, & tibi provisis. Offer jejunium in impetrationem, ut pergat pascere Dominus populum suum, etiam bestias & plantas; unaque satisfactionem pro quibuscunq; abusibus, comedendi, bibendi. 6. Mediâ horâ post tertiam, memineris agoniæ Domini, repete: Iesu agonizans, in agonia mea, miserere mei. 7. Destina tibi tempus, quo ad singula respiria dicas: Amor meus, Crucifixus est. 8. Assuefacias te, quæcunqué bona opera, & mortificationes quascunque, vel quinario numero, vel decade, vel quinquagenâ, Vel quingento, Domino offerre. 9. Interdic tibi jocis, & aliquâ ordinariâ distractione.

AFFECTVS DE PASSIONE DOMINI.

CHRISTUS IN HORTO.

1. Flecto Domine mi post te, positis genibus orantem procido post te, procidentem in terram. 2. Condiscam hic Domine obsecro, Orare, in voluntatem tuam omnia resignare, sudare pro Christo. 3. Accipio Domine sanguinem tuum, fluentem ex capite, applicoque omnibus cogitatione peccantibus, laborantibus pro capite, & studio. Applico sanguinem manuum tuarum omnibus, in quorum manibus iniquitates sunt, &c. & Sed vos qui cordialius Iesum amatis, habetis quod pro vobis servatur, nempè sanguinem, versus cor exsudatum: cordialem amorem, ex cordiali hoc sanguine haurietis. 4. Quisnam nostrûm audebit hunc sudorem abstergere? nosné Sacerdotes, utique Hostiam tangentes! habesné munde tam sanctas manus quæ officio abstergendi hunc sanguinem, fungi possint. Fecisset Mater hoc obsequium; renuit Christus. 5. Qui

terræ

terræ cum hoc Sanguine? bibes illum terra poſtea affluenter, ſubſternam ego genibus tuis Domine, ſupponam ſudori, corda mundi; credo quia molleſcent in amorem. 6. Bibiſſet illum Calicem Angelus, ſed non eſt ei permiſſum. Haurite illum Martyres: cur non ego? haurite afflicti: & ego vobiſcum. 7. Sis devotus ad Angelum hunc, in agonia confortantem Chriſtum, ut & te, in tua confortet. 8. Quod emplaſtrum dabimus cordi IESU, tædio affecto, paventi, triſti facto? Suſpendam cor meum, ad cor illius; ut ita extrahatur illud venenum tædij, concentratum in corde Domini. 9. Suſcipe Domine tædia mea, cum tædio tuo, præcipuè, tædia & angores agoniæ meæ: & ſi tuæ Sanctæ voluntati placet, dulcora mihi tædia mea, tædiis tuis, aut exaggera, & amplia. 10. Furum eſt Domine, & malefactorum, abſcondere faciem: & cujuſnam illam pudere poteſt? Mei! mei! 11. Dignum eſt Domine, ut me pudeat peccatorum meorum, quorum te etiam pudet! 12. Vos Angeli, libenter etiam corporalem Domini faciem, aſpicitis; cur illam vobis abſcondit? erravi! non vobis illam, ſed mihi abſcondit, mihi non vult ſe aſpectabilem, facere vultus, quem deprecantur omnes divites plebis cæleſtis. 13. Per faciem tuam, in quam procidiſti Domine, fac, ne timeam vultum Tuum, dum ad judicandum veneris. 14. Dominus meus pro me ſudat, & ſanguinem ſudat: quando ego ſudavi pro illo, ſi non ſanguinem, ſaltem lympham ſudoris, peregrinando, docendo, concionando? Supple Domine, ſudore Tuo, ſudores meos; ſudoremque meum agoniæ tuæ ſudore ſanctifica. 15. Quod unquam depoſitum, ita altum, eſt tibi reſignatum, voluntas Dei, ac dum ſe reſignavit IESUS? Decoro Domine, reſignatione tuâ, reſignationes meas. IESUS ſe reſignavit; & ad quid ego me reſignare non debeo? 16. IESUS ſemel mortuus, bis agonizavit, in horto & in Cruce; humanoque loquendo modo, diſcebat agonizare. Per im-

pendium duplicis agoniæ Tuæ, da mihi semel, semel tantùm, Domine, bene agonizare. Alia dona tua repet i possunt, continuari possunt, hoc semper unum ... momento constat. 17. Mitte Domine Angelum Tuum, confortantem, omnibus afflictis, iis qui nunc fo... tè in actu sunt Martyrii, proximè erunt: mitte nunc ago... nizantibus, agonizaturis, præcipuè unà mecum.

FACIES CHRISTI CONSPUTA

1. Facies IEsu conspurcata & velata phlegmate, pe... dente à palpebris, superciliis, defluente per genas, insinu... ante sese in os sacrum, trahente sese à mento, fac m... tibi speculum, in quo repræsenteris, fac cor meum t... lam, in qua depingaris. 2. Vellem istam faciem, e... tiam lingendo, abstergere. 3. Obtestor vos pecca... tores, per consputam faciem Iesu, sistite turpes aspe... ctus: propter turpatam, hanc speciem, displiceat vo... bis, quod pulchrum est, sed peccati occasio 4. D... mihi Domine electionem: remné pulcherrimam vel... lem intueri, an faciem tuam consputam? vellem po... tiùs tuam etiam consputam faciem videre, vel semel quâm omne pulchrum millies. 5. S. Chrysosto... mus, catenas & vincula Petri & Pauli, præ Cæsarum diadematibus æstimavit: cur non ego sputa ista, præ gemmis? 6. Delicati homines, do vobis, pro con... dimento sapidissimorum ciborum, sputa faciei Iesu. 7. Parcite peccatrices, facies vestras adornare, dum Iesus conspuitur. 8. Incipite oculi Iesu, ubertim flere, ut vel ita, eluatis hanc faciem. 9. Quem Iesu amor tan... git, resolve te, quòd voluisses, etiam cum periculo vi... tæ, hanc abstergere faciem. 10. Cujus vestrûm non felicior facies, consputâ Iesu facie? 11. Nunc, Pa... ter æterne, si quando, respice in faciem Christi tui, & miserere iis, pro quibus sic fœdatur. 12. Eâné de causa, ista formosa facies genita, ut sic fœdaretur! 13.

Etiam

Etiam in ita fœdatam faciem, desiderant Angeli prospicere 14. Peccata aspectûs turpis, vestrum est facinus, ita fœdatus IESUS, 15. Ob faciem IESU antè in terram projectam, nunc sputis illitam, mox alapa percutiendum, da mihi Domine satiari, apparente gloriâ vultûs tui.

VELATI OCULI

1. Iam non respicite, oculi IESU velati, non respicite indignitates meas; quia vir peccatorum ego sum. 2. Propter hos oculos IESU velatos, conscientias vestras respicite peccatores, ne verecundemini confiteri, & cum victoria confiteri. 3. Ob amorem velatorum IESU oculorum, claudam modestiâ meos 4. Absterge Domine, quidquid visu deliqui, ob velatos oculos tuos 5. Qui non audes accedere ad IESUM peccator, nunc accede, clausos habet oculos. 6. Velatis oculis, & revinctis manibus, non est, quo sibi commodet Dominus, ô quam ego tibi in omnibus commodare tunc, voluissem. 7. Assuefacite vos oculi IESU, ad velari: quia superinfundet se vobis sanguis, gravabunt vos spinæ. 8. Velatis oculis Petre, meretur IESUS, ut te aspiciens, deducat te ad lacrymas. Cur non tali oculo, in me respicis Domine? 9. In satisfactionem hujús despectûs, quem tulisti Domine, velatis tibi oculis, offero Angelicam humilitatem, quæ ante thronum tuum, velat faciem eorum. Memineris IESU fasciarum, quibus te involvit Mater, hæ contentent te, pro despectu velatorum oculorum. 10. Velate, ut vultis, hanc faciem, mihi illa velari non potest: depinxi eam mihi in corde, sputis illitam, colaphis tumentem. 11, Propter velatam faciem tuam Domine, fac me videre faciem tuam in cœlo. 12. Per IESU velatam faciem, oculis tuis impera; ne tibi placeant facies humanæ. 13 Velati IESU oculi, date virtutem extremæ unctioni oculorum meorum, ut ad mundum expurget, quidquid per

visum

viſum deliqui, quidquid (Deus avertat) per viſum de
linquam.

ALAPÆ DATÆ

1. Suſcipe Domine patienter, pro peccatis oris mei & totius mundi, alapas iſtas. 2. Sanctifica Domine IESU, alapis his, os meum, ad Conciones, Confeſſiones, Communiones, Oſcula vulnerum tuorum. 3. Da mihi Domine, alapam ſuſtinere pro te. Si hanc non ſuſti nebo, patienter ſaltem feram, quoties innocenter dicta ſiniſtrè accipientur, quoties dentium gravabit dolor. 4. Offero tibi Domine alapas contemptorum, alapas pauperum, alapas Martyrum. 5. Suppleat contem ptum hunc, quia te nomine mundi, non ſemel, & dulci ter, baſiâvit Mater; contentent te & oſcula Magdalenæ contentent te millia oſculorum, quæ vulneribus tuis devota Chriſtianitas obtulit.

DORSUM IESU

1. Quare tantum, IESU dorſum flagellatum? ad dan dum flagellationis ſui exemplum! pudeat te, id non u ſurpare generosè. 2. Induam ego me interim, veſti bus IESU detractis, ut ſiſtant in me profluvium iniquita tum mearum, ut quid terram tegunt? peccatorem tegant. 3. Filius pro Patre, vel Matre dum percutitur, ſuppli cat: ſatis eſt. Adhucné? Supplica & tu Deo, pro IESU ſupplica carnificibus, & dum necdum à flagellando re motas vides manus, ipſâ illarum elevatione, transfigeris. 4. Dic pro Te, IESU, verbum Patri, & ceſſabit flagel latio. Diſce pœnas à Deo non detrectare. 5. Dor ſum Tuum Domine IESU, eſt ſpeculum, in quo revideri poſſit turpitudo carnalis. Adducam, Domine IESU huc omnes peccatores, ſed maximè pœnitentes. 6. O quis mihi daret, ut ego pro Te Domine flagellatus fuiſ ſem! & cur, vel hanc unam felicitatem non habui, ut

unam

unam plagam sustinerem, ne tibi iniligeretur? Vertite has plagas in me, & parcite dorso IESU. 7. A militari insolentia, hæc fuit percussio prolongata; offero illam Patri æterno, ad amovendas oppressiones subditorum à discolis Dominis, & militibus, in Regno nostro. 8. Offero Tibi Domine hunc sanguinem, pro diluvio carnalium peccatorum, infundo illum (ô qui es talis, dole ob summum bonum offensum, fis enim particeps Sanguinis IESU) infundo inquam illum, cordibus, lectis, occasionibus, in quib⁹ peccant carnales homines. 9. Visne peccator decorare, aspectabilem Deo facere, vultum tuum? Dorsum hoc osculare, purpurabit faciem tuam, dignam aspectu Dei, reddet. 10. Non sum Domine dignus, osculari aratum dorsum tuum, osculor Domine instrumenta, flagellationis tuæ. 11. Colligam Domine effusum in terram Sanguinem tuum, lambam illum, & more Magdalenæ deferentis semper, dum viveret, in ampulla; guttam sanguinis Tui, ex singulis cordibus nostris faciam ampullam, in quæ corda, guttam flagellatione expressam, deponam.

CAPUT SPINIS CORONATUM

1. Quare maledixisti Domine terram, ut spinas germinaret? Quæ, ecce, serviunt, ad IESU Caput coronandum. Quare & tu terra produxisti infelices spinas? Non terra peccavit: Cor & caput tuum deliquerunt, tuæ cogitationes malæ, punxerunt caput IESU. 2. Et quomodo audebitis, cor & caput meum, comparere ad judicem? Et reatus vos gravat, quia scelera vestra punxerunt caput IESU! 3. Iam istud caput sudavit sanguinem: cur spinis, ex illo, eundem elicis Justitia Dei? 4. En mixturam lacrymarum & guttarum sanguinis: abluebat sanguinem aqua lacrymarum, sed lacrymas decolorabat sanguis. Compatere. 5. Permitte IESU, ut eximam unam particellam spinæ, mihi, meis

meis, dividam; capitibus infigam, cogitationes malas e… pungam, plantem bonas. 6. Quos dolor capitis affligi… invenite remedium in Corona IESU. 7. Verenè anim… mea, mavis cum Catharina Senensi, etiam è manibus IE… potius coronam spineam afflictionis, quàm auream co… solationis. 6 Præserva corona IESU, coronas Virginu… adhuc retentas. Præserva ne peccato, residuo hoc … culorum, perdantur. 9. Pete hanc coronam cap… tuo imponi. Memineris saltem doloris capitis IE… protestare quòd coronam Clericalem gestes, ut teste… coram cælo & terra, quòd desiderares tibi impri… coronam spineam IESU. 10. Coronatio IESU sp… nis, est tormentum nunquam usurpatum: & … men paucos hoc mysterium habet sui amatores. P… ta tibi id reservatum. 11. IESU coronate m… mor sis coronatorum & coronandorum Regum … tua corona meruisti hunc illis honorem. 13 Decli… Domine IESU, supra manus meas & sinum, Capu… stud dolorosum; ut eximam ex illo spinas, con… merem foramina illarum, singulisque pro medi… mine, infundam lacrymas, & compassionem. E… mihi Domine non credis caput tuum, crede Mat… quæ suis osculis sanabit vulnera. 14. Per dolores … pitis tui, da mihi Domine congruam statui meo sci… tiam, da viris Ecclesiæ, ad hoc deputatis. 15. Co… tastiné tum de me Domine mi, vèl non cogitasti? non cogitasti? tamen ego volo de te, sic coronato, fr… quenter cogitare, ô si semper! si cogitasti? ut indubi… cogitasti! quomodo enim patiens pro me, oblivisce… ris mei, patiendo? & cur non ego cogitabo, saltem d… te, cum tu pungeris pro me.

CRUCIFIXIO DOMINI & MORS.

1. Non scio cogitare, non scio affici, necdum loqu… sed mirari, & stupere: Dominus meus, & Deus m…

us, crucifixus eſt. Refigam ego te Domine, refigi potes, quia ſi peccare, eſt crucifigere te, à Cruce deponere, erit, non peccare, peccata abolere. 3. Iam Domine cruci affixus elevaberis, da, vt valedicens tibi, oſculer te. 4. Non permitteres ut refigam te Domine, imple verbum tuum, ut elevatus, trahas omnia ad te ipſum; ſi omnia, & me, & me! Et quid eſt, quod Chriſto concrucifigit? Si amor crucifigit? Amo! Si patientia? Tolerare volo! Si perpetua memoria? Hanc deſidero! 6. Si pretia dari debent? Omnia dârem. Si amor in crucifixum, & ejus confeſſio, cruci addicit? Amo & confiteor Crucifixum! Agite & me in crucem, ut dicere poſſim: Chriſto confixus ſum cruci. Chriſtus ex una parte, ego ex altera, (ô quæ mea eſſet felicitas!) pendeo in cruce. 7. Fac mihi Domine novum cœlum, & quod? ut te tantum Crucifixum videam! Sufficit mihi hoc cœlum. Sed quia te ſummum etiam bonum videri vis, in te ipſo: gaudeo, quòd ſaltem vulnera tua quinque inibi conſpiciam. 8. Quid in te eſt Domine, quod non patiatur dolorem? voluiſſes caput inclinare ad latus, pupugiſſent ſpinæ brachium; inclinaſſes Cruci, renovaretur dolor! non poteras Domine pedibus inſiſtere Cruci, non attollere te in manus, non vergere capite in terram, ob defluxum ſanguinis in oculos. Verè vir dolorum es. Rogo tamen Domine: quis vel maximè te afficiat dolor? Si non amavero te crucifixum! 9. Si illic fuiſſes conſtitutus, quid feciſſes? fac nunc: quæſiiſſes, an non poſſes ſubſternere caput pedibus, pondus ſacri corporis ſuſtinendo? quæſiiſſes oſculari manus, abſtergere vultum, in foveam, in quám defluebat ſanguis, voluiſſes te demerſum, præſta nunc id. 10. Conticeſce homo, ſilet Iesus: & dum primo inclamat: Dimitte illis, dic ut dimittat tibi; hæc erit abſolutio, quam hic Sacerdos, de hoc confeſſionali tribuit. Domine, tecum dimittente, dimitto & ego inimicis meis. 11. Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me, clamate omnes affli-

Cti

cti, queruloso, sed amanti corde. Si autem tu nesci
in quo dereliquerit te Dominus, effectum habes ist
orationis: ille derelictus est, ne tu derelinquaris. 12. Si-
tio, Domine Iesu, clamas, clamo & ego: Sitio Domi
Iesu Sanguinem tuum, eum præcipuè, quem adhuc i
corde servas, ut cordiali hausto sanguine, amem te c
dialius. O quàm vellem sitienti tibi, potum è lacry
meis offerre, aut hanc ipsam aquam, quam in cor
geris. 13. Domine memento mei, hoc ego no
rogo, non enim oblivisci mei potes, qui pro me Vul
ra in cœlum feres. hoc inclamo, hoc oro, ut ego s
per meminerim tui. Sed quia memini me esse pecca
rem, cum peccatoribus, & pro peccatoribus clamo
Te: memento nostri Domine ut convertamur. 14. M
dic Domine pro me: Ecce filius tuus, sufficit si di
Ecce subditus tuus: dic mihi Domine: Ecce Domi
tua, ut accipiat illa me in sua. 15. Consummatum
tu omnia consummasti pro me, & ego nihil incepi p
Te. Per hanc vocem tuam Domine, fac me im-ple
mensuram meritorum, quàm ut implerem, indulsisti
æterno, indulgeres, si gratiis tuis cooperarer. 16.
manus tuas, commendo animam meam Domine, I
qui tuam commendas manibus Patris. Da Domine,
cem agoniam omnibus mecum agonizaturis, ô si,
quibuscunque. 17. Non habeo ullam, multò ma
dignam te Domine compassionem, offero tibi comp
ones Sanctorum, præcipuè Beatissimæ. Dole & trist
pro me, Beatissima Virgo. 18. Offero Tibi Dom
affectus Matris, dum incepit advertere jam jam ago
zaturum Iesum; offero tibi valedictiones ejus. 19.
mine tui corporis sacri, peto à sacrata anima tua,
velit derelinquere socium hunc, corpus sacrum
20. Attende ad dolorem sacræ animæ, in exitu
sed nolebat diutiùs anima, passibile hoc servare corp
voluntas Patris aliud mandabat, attende, quomodo
invicem sibi valedicant, exclamavitque corpus:

e dimitto ô anima mea, ſecundùm verbum tuum, ſecundùm voluntatem Patris, in pace; quia paſſi ſunt artus mei vulnera, ô homo, ſalutare tuum, quod perpeſſum tum, ante faciem omnium populorum. 21. Quis mihi daret, ut mortuus tecum fuiſſem Iesu mi. 22. Sola Mater advertebat ad gloriam Iesu: per hanc advertentiam ejus, fac me præmoneri intus, de agonia mea Domine. 23. Offero Tibi Domine agoniam Iesu; & dolorem commorientis Matris. 24. Cur non compaſſione morior ego? cùm jam jam moritur Iesus. 25 Anathematizo te munde. Qui non amat Dominum Iesum, anathema ſit. 26. Exprime tibi in mente, pallentem vultum, oculos demerſos, aduncum naſum, latiſcens pectus, poſtea inclinatum caput. Leniter ſpiravit, exſpiravit, mortuus Iesus. O quàm vellem ultimum halitum Tuum Domine haurire, ut caleſcat amore cor meum. 27. Cœleſtibus, terreſtribus, & inferno inclamo: mortuus Iesus. Evado ad cœlum, & ingemiſco: amor meus mortuus eſt. irruo inferno: Crucifixus meus amor, mortuus eſt. Scitote peccatores: mortuus eſt Iesus, ſciveris & tu, in antro tuo Petre. 28. O ſi derivarem in oculos meos flumina, maria, Oceanum, efflerem iſta omnia hoc luctu: Dominus meus, & Deus meus, mortuus eſt. 29. Da mihi Domine dominium cordis Mariæ, ingrediar illuc, eximam dolorem de morte Domini, inferam mihi. 30. Et quando venies ô hora, ut & ego moriar, ſi & Dominus Ieſus mortuus eſt. 31. Sequerer te abiens anima, commendata manibus Patris; Comitabor Beatiſſimam, ſepulchro inhærebo, colligam Sanguinem. 32. O quàm vellem applicare ſcalam, claudere oculos, & hiantia labra tua Domine. 33. Contende cum peccatoribus: cur amantem Dominum non redamatis? cur mortuo illo pro peccatis, non morimini peccatis? 34. Offer adorationes Matris, quibus adoravit corpus exanime, & tamen deificum, illi ſoli proprius fuit, tunc, iſte actus. 35. Sentio, ſentio plane in corde,

quia vellem sanguinem pro te, n eum fundere; po
quam tu mortuus es pro me; qui vellem id fecisse p
tè, etiamsi nunquam tu Dominus gloriæ, Crucifixus
isses. 36. Redi ô Sol cum splendoribus tuis, vide
mundus enormia vulnera. ccommodatis & Matri d
lenti, quæ irretortos oculos figebat in illis etiam te
bris, ut videret suum Iesum. 37. Rumpuntur sax
cur non corda nostra! rumpamini fortius, ut dum
dehiscitis, declinet ad nos Crux & Corpus Iesu.
Hucusque saltem interdum stillat sanguis, incipit h
nisi crassior pendere, frigereque corpus. ô ultima q
calebas gutta, rogo calefac me, amore Iesu. 39.
nedico horam illam, illius horæ quadrantem, illius
ræ quadrantis minutum, illius minuti punctum, quo
spiravit Iesus.

APERTIO LATERIS

1. Quid adhuc deliberas Iustitia Dei, da tandem
quiem, huic sancto, mortui Iesu, cadaveri, anima s
beata semper, cur ejus torquetur corpus? sed inv
adhuc Iustitia Dei modum, ut pateretur Iesus, jam
patiendo, quid enim patitur mortuus? patitur tamen,
latus illi aperitur. 2. Vide immane transfossum latus
dextero ad sinistrum, pertingente lanceâ, & totum
perforante. Dum istum ictum vides, exanimare, ut sol
exanimari corda clementiora. 3. Da mihi Domi
ita recolere transfossionem lateris Iesu, ut illam co
it Mater ictui præsens, unàque icta. 4. Per Cor
transfossum, obtestor te anima meâ, vel nunc
tibi cordi Iesus. 5. O Sanguis lateris Iesu, quid
in corde isto displicuit? quare illud deseris? quid has p
cas guttulas sitis Iustitia Dei? ô si sitires meum, co
sum & otiosum scatentem in venis cruorem! 6.
Balneum cordi meo ô aqua lateris, & postea tinge
lud ô purpura sanguinis, è latere Domini emanan
sed & corda omnium peccatorum. 7. Vellem D

mine sistere sanguinem cordis tui, sed elevatus es à me; manu obstruerem, stillaret per digitos, ore obturarem, excecuntur labia à vulnere, totam ergo faciem applico. Sed Tu Domine tam te tractas crudeliter; ut ne hoc quidem officij, præstari tibi velis, nisi devoto affectu. 8. Vulneratum cor IESU, vulnera animam meam & cor meum. 9. Times anima mea habitare, in pedibus IESU, quia multi confluunt illuc, non est tibi cum illis concurrendi locus. aliæ sunt nimis manus, cœlo vicinæ, à quo tu longè distas. medium locum tutissimum tenet cor IESU, locus quidem excellens, sed omnes, pro sua humilitate & prudentia spiritus, eum declinant. Tu, etiam in rebus spiritus insipiens, tanquam vacuum, derelictum, occupa. O quam bene illic esset animæ tuæ. 10. Cor IESU nidus meus est, hic habito, & quia verè frigidissimus sum: introibo in hæc penetralia Domini, ut tandem calefiat anima mea. 11. Dum hæc extrahebatur lancea, secutum fuisset cor, sed remansit, ut te expectet, ô anima IESU. 12. Gratulabatur sibi cor IESU, quòd non tantùm compassum sit membris dolentibus, quòd non tantùm tædia pertulerit, sed & vulnera, & quòd ultimum clauserit, quidquid IESUS pati, pro salute nostra debuit. 13. Iam cor tuum Iesu transverberatum non dolet, fac dolere cor meum. 14. O miles, jam Iesus est mortuus, certò non occultavit vitam, qui illam ita liberaliter prodegit, meum si placet verbera cor. Offerebat & Mater suum, ut parceretur cordi Filij. 15. Accipe Sancte Angele custos hanc lanceam, & eâ, transfige cor meum, transfige corda delicatorum, ut amemus Iesum. 16. Qui affectus Longini, guttæ unius influxu, visum recipientis. O cor inquiebat medicina mea, emplastrum meum, parce Domine feritati meæ. Cor Iesu, illumina & me. 17. Gratulor Sancto Eleazaro scribenti suæ consorti: quære me inquit in corde Iesu. da & mihi felicitatem hanc

Domine. 18. Tu passus es Domine etiam po mortem, accepto, & ego, omnes post mortem oblo tiones. 19. Da titulos cordi Iesu: Cor Iesu nidu animarum. Cor Iesu sedes amoris. Cor Iesu scri um, in quo affectus erga nos boni servantur. Cor I su repositorium, ultimi sanguinis, aquæ.

DEPOSITIO DE CRVCE IN SINVM *VIRGINIS*

1. Gratias vobis Nicodeme ac Ioseph, pro benefi depositi Christi. ô quàm voluissem collaborasse vob ô si vultus ille rigidus! illaque brachia, in me cecidisse Voluissem vel mendicare ad emendam tibi sindonem aromata. 2. O quibus oculis videbat Mater exsang corpus, concretos sanguine capillos, transparente vulnere manus, & pedes, hians cor. Hæc pro te Ies hæc tu Christo fecisti! 3. Pro lacerato tuo corpo & tot vulneribus affecto, ô quam libenter commutar meum integrum, meum non lacerum corpus. 4. dens depositum corpus Mater, petiit, ut in suo dep neretur sinu; & cum libenter aspexerit vivum, liben aspexit & mortuum. 5. Offero Tibi Domine lac mas Matris, Vulnerum tuorum ablutrices, oscula inf abstersum sanguinem, compositos capillos. Ingemi bat dolenter: O meæ manus, quas ego toties strinxi, nu vulneratæ! ô pedes tenelli, nunc perforati! ô cor c dis mei, quàm immane hias! 6. Vide jam, quòd M ter, rigidas & extentas manus, nec aptas componi, co posuerit, tanquam eas, quæ didicerant obedire Matr vide quòd pedes frigefacti, nec apti involvi sindone obsecundarint Matri, ut tegmen illud reciperent. Vide anima mea vestes MARIÆ, illo sanguine rubric tas, tincta labia osculantis, & manus. Sint tibi stroph um ô Beatissima, nostræ animæ. 8. Invitavit indubi Mater Magdalenam, & alios præsentes, ad osculum

& ob

& obsequia facienda, emortuo corpori; aut fortè Matris invitationem, prævertit Magdalena. 9. O quam Concionem habuit Virgo Mater, ad tunc præsentes? Quo corde Joannem primò filium nominavit, & ad Iesu amorem incendit? Converte concionem hanc Beatissima ad me, converte ad me, converte ad peccatores

SEPULTURA IESU.

1. Libenter Mater diutissimè tenuisset Filium, libenter in seipsa sepeliisset: sed oppositum volente Patre æterno, cessit suo solatio 2. En tumbam Dei-Hominis simplicem sindonem, corpus & os tegentem! Aspice ergo illam, ultimo, jam jam, velandam faciem. 3. Vide jam apparari, ut deferatur Corpus Sacrum ad sepulchrum; roga & sanctè impedi, ne sepeliatur, antequam tibi constet, quòd amet te: & tamen, emit, emit apud se, amorem tui, & nescis, an amet te? sed noli querulari anima mea, indubiè amat te, modò tu ames illum. 4. Voluissem Domine portare Te ad sepulchrum; voluissem servire corpori tuo, dum illud non potest, servire sibi. Sed admittentne te Sancti corporis Iesu portitores? Pete, ut tibi cedat Mater, quæ jam illum portavit mortuum, & toties infantem in vita. 5. Ut quid portatis, ad sepulchrum lapideum Iesum? portate illum ad lapidem cordis mei: pro me mortuus est, in me sepeliatur, 6. Quis non mortuo affectus, indolet, dum jám videt deduci ad sepulchrum amici cadaver, jam in sepulchrum immitti, incipiamus& nos flere? quis enim Pater, ita flendus ac Iesus? Offèro, tibi Domine lacrymas Matris, dum meis careo. si non carerem meis, commiscerem illas maternis, ut tibi Deo Domino placeant magis. 7. Sepelite me cum Domino Iesu, extinguar illic; vel si extingui non potero, sim illius cubicularius sepulchralis. 8. Propter te sepultum, sepelio me Domine, quasi mortuus essem mundo: quasi

reverâ, in vivis non essem. 9. Gratias tibi Domi
pro tota œconomia Passionis tuæ. Domine cum
clesia accino: Qui passus es pro nobis, Iesu Chri
miserere nobis.

DOMINICA PALMARVM.

1. Gratiæ Providentiæ Diuinæ, exaltanti, hac t
umphali processione, Christum; sed & animabus, q
acceptârunt Instinctum faciendi hujus triumphi, si fo
aliquæ ex illis in cælo sint: Gratiæ item Angelis Cu
dibus, cooperantibus ad efficaciam illius Instinctus.
Innovo Tibi Domine triumphum hunc, salutationes
las, desideroque excitare in corde tuo, eum complac
tiæ gustum, quem tum habuisti. 3. Introduco Te D
mine affectu meo, cum simili processione, in corda co
municantium, communione Paschali. 4. Christus
suriit, egressus eo die è Civitate; sic ego tibi facio D
mine, introduco te Eucharisticè in cor meum, & Te,
pud me, inediâ macero. 5. Innova affectum S. The
siæ, eo die communicantis, eo animo, quasi vellet pa
re Christum. 6. Eleva Hostiam, quasi asellus, att
lens corpus Iesu, ut supereemineat aliis. 7. Dole
peccatis pueritiæ, quia in illa non servivisti Christo;
si fortè servivisti, factus vir, innova hoc Domino tu
8. Discute tecum: si vixisses tunc, inseruissesnè te hu
processioni, ducenti Iesum? 9. Si Domine, alio ti
lo non possum Te introducere, in urbes & animas: i
troducam Te, saltem ut asellus. 10. Quid est, quod
moraliter vestit in conspectu hominum? Exue istu
substerne Christo. 11. Oliva pacis symbolum: reco
ciliare mente omnibus tibi malè affectis, & reconcili
tionis olivam substerne Christo. 12. Ora pro tenera
ætate, præcipuè prole, ex Ethnicis, Christo adducta
ut & illa triumphaliter deducat Christum. 13. Cura
ut dum prudenter inferes, jam jam species Eucharistica
attin-

attingere orificium stomachi tui, dicas: Benedictus qui venit in nomine Domini.

CÆNA DOMINI.

1. Osculum illius terræ, in qua primùm à Christo consecrata, constitit Eucharistiâ; itemque earum partium terræ, quæ produxerunt, producent, materiam panis & vini, transsubstantiandam, in Corpus & Sanguinem Domini. 2. Gratiæ pro institutione Eucharistiæ, innovatioque primi Sacri; & primæ Communionis, à Christo, Beatissima, Apostolis factæ; omniumque aliorum. 3. Compatere, quòd ipse etiam Christus, indignum Iudam communicavit. Et qualis tua felicitas in distribuendis Communionibus? per istum, quem tunc habuisti dolorem, da mihi Domine, ut nemo, indignè, è manu mea communicet. 4. Vellem eviscerare me, & supplere defectum irreverentiarum, quas aliquando tulisti, & feres Domine; præcipuè hodie à Iudæis, ab Hæreticis in sua cœna, à sagis. 5. Gratias age Domino IESU, pro humiliatione, in lavandis pedibus, & Petro pro honorativa Domini, altercatione. 6. Per humilitatem Domine, quâ lavisti pedes Iudæ, da mihi munditiam cordis, in sumenda Communione. 7. Pete à Domino, ut jam in cœlo existens, permittat tibi lavare pedes suos: desidera illos lavare lacrymis tuis, quibus, quia saltem abundantibus, cares, pete affundi lacrymas Magdalenæ, & Petri, unàque omnium pœnitentium, pete affundi lacrymas Beatissimæ, lacrymas Christi, & aquam lateris ejus. 8. Gratias age Domino pro solennitate Hierosolymitana, in lotione pedum, tibi, aut aliis facta, facienda. 9. Offero tibi Domine IESU, lotiones pedum, factas à Summis Pontificibus, Magnatibus, devotis personis.

SEPULCHRI.

1. Transfero me Domine, corde & mente, ad verum Sanctum Sepulchrum Tuum: inibi Te adoro, locum illum sacrum deosculor, agoque tibi gratias, quòd, licèt in manu infidelium, sit, & erit, Sepulchrum Tuum gloriosum. Juvo & eos in gratiarum actione, quibus beneficium præstitisti illud videndi. O Domine, da felicitatem Christianitati, ut illud recuperent, & quousque illud non recuperârint, conserva Domine domum illam immaculatam in æternum, omnesque ád illud Sepulchrum inhabitantes, spiritu & gratiis tuis reple. 2. Non habemus Christiani reale tuum Sepulchrum. accepta Domine, in supplementum, hæc, quæ Tibi struuntur Sepulchra. 3. O quàm exsultaret spiritus meus, si cor meum, Sepulchrum tibi esse posset; sepeli temetipsum obsecro Domine, in me. 4. Emendico à te Domine ne unquam deficiat solennitas, ædificandi Tibi Sepulchrum, ex Ecclesiis Tuis. 5. Desidero Domine, si possem, omnes hos sumptus impendere, qui expensi cultui veri tui Sepulchri, & horum imitatitiorum; simulque approprio mihi devotiones, his locis, tibi oblatas. desiderat enim cor meum, honorare & amare Te, corde totius mundi. 6. Adoro te Domine, in quibuscunque, ubicunque ædificatis, Sepulchris tuis, Eucharisticè existentem; desidero, tu vides cor, loco lampadum & candelarum, inibi accendere cor meum, appendere. 7. Gratias tibi Domine, pro omnibus donis, datis & dandis, ad verum, seu imitatitium Sepulchrum Tuum. Præcipuè supplico tibi Domine, pro iis, qui hodie ad Tua Sepulchra, in suis necessitatibus, recurrunt. 8. O mi Custos Angele, pernicitate spiritibus convenienti, visita Sepulchra, ubicunque Domino Iesu excitata, & impetra mihi, ut attentione tua quà excellis in rebus Dei, sepeliam me, ad pedes Domini Iesu, ab hodie pro semper. 9. Auge Domine gloriam accidentalem in

cœlis

cælis, iis, qui contulerunt ad ædificationem Sepulchrorum tuorum; Præcipuæ iis, qui primi in aliqua Ecclesia, hanc inchoârunt solennitatem; .iis, qui in purgatorio sunt, minue pœnas, viventibus benedicas. 10. Iterato ego Domine, corde meo, revertor ad reale Sepulchrum tuum; illic cum Magdalena, & Petro, amarè fleo: dimitte mihi peccata mea, & da mihi cordialem pro illis ejulatum; da ut amem Te Crucifixum; sint mihi pedes tui, nidulus in quo moriar; da mihi ininterruptum amorem tui usque ad mortem; da incendium tui amoris in agone meo; da mihi gratiam sepulturæ, inter fratres meos, & illic ubi durabit Sacrificium tuum, usque in diem magnum, ut ita, etiam cadavere meo pulverizato, præsens tibi adsim. 11. Repete toties quoties placuerit, Verba IESU agonizantis: Pater, in manus tuas, commendo Spiritum meum. &, pete tibi gratiam, Sanctæ agoniæ.

LITVRGIA RESVRRECTIONIS DOMINI.

A*Dorativum*, offeratur Deo, post mala benefico, & exaltanti, *Gratiarum Activum*, pro decreto exaltationis; & Christo pro acceptatione ejusdem. *Impetrativum*, Resurrectonis peccatorum, & firmæ vivæque fidei, circa articulum: Carnis Resurrectionem. *Propitiatorium*, pro contristativis Dei, etiam hoc die. *Locus Sacri*, Sanctum Sepulchrum, cui & oscula infigenda. *Assistentes*, Angelus revolvens lapidem, & sancti Sepulchri Custos.

In nomine Patris, Affectu tuo, & aliorum, ad Sanctum Sepulchrum, se expedientium. *Introibo ad Altare Dei*, Sancti Sepulchri. *Iudica me*, tanquam Resurrecturum, neque enim impij resurgent, *Emitte lucem*, qualem olim emittebas è Sancto Sepulchro. *Confitebor* tibi in Cythara, Sepulchri gloriosi, & lætitiæ Christianæ. *Quare tristis es anima mea*, Christo resurgente? *Adjutorium*,

nomine expedientium ſeſe ad Sanctum Sepulchrum.
Gloria Patri, Nomine Matris, Apoſtolorum, SS. limbi
Confiteor Deo, reſuſcitanti & reſuſcitato. *Beatiſſimæ*, re
creatæ Reſurrectione. *Beato Michaeli*, & Angelis Aſſi
ſtentibus. *Ioanni Baptiſtæ*, liberato è limbo. *Petro*, re
creato Reſurrectione. *Paulo*, converſo poſt Reſurre
ctionem. *Omnibus Sanctis*, à Chriſto tunc reſuſcitati
Et vobis Fratres, peccatores, qui hoc tempore, per gra
tiam reſurrexiſtis. *Mea culpa*, Affectu Apoſtolorum
dolentium de peccatis poſt Reſurrectionem. *Mea culpa*
affectu Reſurgentium tunc cum Chriſto Sanctorum. *Mea*
maxima culpa, affectu circa hoc tempus converſorum
(quod repeti poteſt ad *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non*
ſum) *Ideo precor* ut ſupra. *Miſereatur & Indulgen*
am, ſupra nunc confitentes & communicantes. *Deus*
converſus, hoc eſt, rediens cum anima, vivificabis n
Oſtende nobis miſericordiam, ut lætetur plenè popul
Chriſtianus. *Dominus vobiſcum*, jam Reſurgens. *O*
mus, ad Reſurgentem. *Gloria in excelſis Deo*; ob Reſ
rectionem. *Et in terra pax*, nomine Angelorum dic
tium: nolite expaveſcere. *Laudamus Te*, ob Reſur
ctionem. *Adoramus*, ob eandem &c. Vel, Gloria d
tur, nomine Apoſtolorum, animarum limbi, & q
rumcunque fidelium, exſultantium, ob Reſurrection
Domini. *In Oratione*, nomine voti, intellige votu
ſalutis æternæ. *Credo*. affectu Catechumenorum, cu
hoc tempus aliquando converſorum.

Oblatio Hoſtiæ, unà cum affectibus Chriſti, ad Patre
Matrem, Apoſtolos, mundum. *Oblatio Calicis*, unà c
ſenſu Trinitatis, de Chriſto, affectibus Matris, Apoſto
rum, mundi Chriſtiani. *Conſecratio*, eo affectu: Pono te
Domine conſecrativè, quo affectu Trinitas decrevit
greſſum animæ tuæ, & quo illa affectu, regreſſa eſt, ad c
pus ſuum. *Genuflexio* affectu Matris, Apoſtolorum, S
ctorum limbi. *Elevatio*. O munde Chriſtiane, ſic ſ
rexit Dominus, & elevatus è Sepulchro. *Pater noſt*
q

qui Resurrectione regenerabis nos. *Qui es in cælis*, nunc è Sepulchro egrediens. *Sanctificetur nomen tuum*, glorificatum resurrectione. *Adveniat Regnum Tuum*, cui acclamatum, quòd destruas templum Dei. *Fiat voluntas Tua*, de Resurrectione nostra, in cœlum, de terra. *Panem nostrum*, mutatorum ciborum, *da nobis hodie*, *& dimitte nobis*, ut consurgamus cum Christo. *Sicut & nos dimittimus*, ne tristentur nostris aversionibus debitores nostri. *Sed libera nos à malo*, non resurgendi cum electis. *Communio*, ut ad te veniens resurgens Dominus, faciat & te resurgere. Recipio te eo affectu, quo affectu, te recepit, resurgentem Mater. *In Postcommunione*, pete concordiam regno. *Benedictio* ultima sit abactiva tristitiæ, & peccati à mundo.

AFFECTUS.

1. Non possum tristari, quia bene est Domino meo, obliviscor Domine omnis amaritudinis. 2. Gratias Deitati, pro exaltatione humanitatis, sed & humanitati, pro acceptatione exaltationis, oblato enim gaudio, antè, præacceptaverat confusionem. 3. Desiderium præcurrendi ad Beatissimam, & dicendi: Regina cœli lætare! 4. Offero, Filio Matris, Matri Filij, affectus in Resurrectione. 5. Gratulor corpori sacro, quinque illi vulnera relicta, & quidem tam illustria. 6. Fac me Domine Apostolum Apostolorum, & totius mundi, ut illis dicam: Surrexit Dominus verè. 7. Voluissem Domine Sanctis Mulieribus revolvere lapidem, quibus pro pietate ago gratias; sed & tibi Angele revolvens lapidem. 8. Osculor Domine Sepulchrum tuum, & in osculo meo, omnium oscula, Sepulchro Sancto facta, compingo. 9. Fac Domine mi Pascha animabus Purgatorij, jam jam in cœlum ituris. 10. Corpori glorificato vulnera non debentur: imprime illa mihi Domine. 11. Gaudeo de vestra felicitate, Sancti, qui cum

Chri-

Christo consurrexistis. 12. Annuntia militanti Ecclesiæ, quòd triumphans Ecclesia exspectet carnis resurrectionem. renuntia & triumphanti, quòd id exspectet & militans. 13. Fac Domine, ut nunc, quàm plurimi resurgant peccatores. 14. Congaude Christo quòd vicerit mundum, mortem, infernum; & fac actum spei, quia & tu vinces. 15. Non resurgent impij in judicio. me Domine scripsistinè inter resurrecturos?

TRIDUUM ANTE ASCENSIONEM DOMINI.

1. Excita desiderium, satiandi te aspectu IESU, ita ut deficiant oculi mentis, respicientes in illum. Contristare ob Christi abitum; ita ut eapropter, non patiaris ullam exhilárationem. 3. In processionibus sequere mente Dominum IESUM, ne fortè abeat sine valedictione, à nobis. 4. Doce me Domine, quid te abèunte, petere debeam? 5. Sicut consecrando illigo Te Domine speciebus Eucharisticis, ita te obligatum vellem, ne à nobis abeas. Elevo Te, dando Te, tibi, ne abeas à nobis, & reconciliando Te, indignè à nobis tractatum. Sumo te Domine in Eucharistia, ut abeunti te, tractem, & deprecer te, pro mundo, qui te male tractavit. 6. Desiderium reconciliandi mundo IESUM, ne abeat, illi, & mihi iratus. & in reconciliationem, offero tibi immolationem Eucharisticam. 7. Induc Christum variis rationibus, ne abeat à nobis, ut inter alia detur spatium mundo, bene tractandi IESUM, sicut illum tractavit malè. 8. Invita Beatissimam, ut roget Filium, ne ab illa, & à nobis recedat, adulareque, ut ita dicam, illi tanquam jam non habiturus Dominum, cui in mundo visibiliter famuleris, nisi derelictam Beatissimam. 9. Offero Tibi Domine, affectus Matris, Apostolorum, turbæ congregatæ, Sanctorum limbi, Christianitatis postea propagatæ. 10. Pete à Domino

Iesu

Iesu beneficium secretæ audientiæ, effundeque illi contuum. 11. Attende ad puritatem conscientiæ, si fortè velit Dominus tuus ascendens, te secum accipere.

LITURGIA ASCENSIONIS DOMINI

ADorativum fiat Dei, in quantum glorificator est: Gratiarum Activum, pro hodierna Christi exaltatione. *Impetrativum*, ut humanitati Christi augeatur gloria accidentalis. *Propitiatorium*, pro non desiderantibus citò videre Deum. *Altare*. Locus Ascensionis, vel locus, corporalis consistentiæ Christi in cœlo: illisque locis osculum infigatur. *Assistentes*, ex una parte, Angeli qui dixerunt: Viri Galilæi, & Angeli Custodes eorum, qui ex altera parte assistent; ad quam, invitentur Sancti Apostoli, turba Discipulorum, Sancti limbi, & qui huic mysterio, specialiter affecti.

In nomine Patris, recipientis Filium: Et Filij ascendentis: Et Spiritûs sancti, Corpus à se formatum attollentis. *Introibo ad Altare Dei*, montem oliveti, vel locum corporalis consistentiæ IESU, in cœlo. *Judica me Deus*, & discerne, quia appeto mente in cœlestibus habitare. *Emitte lucem*, quâ illustrata tunc fuit turba Discipulorum. *Confitebor* tibi in Cythara exsultationis cœli. *Gloria Patri*, & *Sanctus* eo affectu, quo dictum: In nomine Patris. *Adjutorium* nostrum, ut tandem in cœlum evadamus. *Confiteor* Deo omnipotenti, qui etiam talem, ut ego sum, in cælum attollere potest, attollit, peccatorem. *Beatæ*, tanquam Ianuæ cœli: MICHAELI, ducenti hunc triumphum. *Baptistæ*, hodie in cœlum ingresso. PETRO, præsenti ad Ascensionem. PAVLO, absenti. *Omnibus Sanctis*, in hoc Festo salvatis. *Et vobis Fratres*, exspectantes beatam spem. *Mea culpa*, quia non sum dignus videre MARIAM. *Mea culpa*, quia non sum dignus videre Domini IESU humanitatem.

Mea

Mea maxima culpa, quia non ſum dignus videre Sanćti ſimam Trinitatem. *Miſereatur*, & reliqua, dicantu ſupra eos, qui hodie ſpecialiter, eliciunt actum deſid rij videndi Deum. *Dominus vobiſcum*, qui jam jam no erit, ſecundùm corporalem ſuæ humanitatis præſenti am, jam jam aſcendet in cœlum. *Oremus*, quaſi jam u timò aſcenſurum in cœlum, oraturi. *Kyrie* 2. ad P trem, in quantùm glorificator eſt. *Chriſte*, ad ſecunda Trinitatis Perſonam. *Kyrie* 2. ad Spiritum Sanctum ſub titulo glorificatoris.

Gloria in excelſis, nomine Curiæ cœleſtis, præcip Sanctorum cum Chriſto euntium in cœlum, adeoq admirantium gloriam hanc in excelſis, precantium p cem terræ, quam deſerunt, gratiaſque agentium, p pter magnam gloriam humanitatis Chriſti, & ſuam. cipiendo autem *Qui tollis* peccata, dicatur, nomine poſtolorum, & turbæ à Chriſto derelictæ, præcipuè bitâ reflexione, ad illa verba: *Qui ſedes* ad dexte Patris, & ad illa verba: *Tu ſolus* altiſſimus, quia aſ dens ſuper omnes cœlos. *In Oratione*, pete cordiali beneficium, ut te exerceas in præſentia Dei, adeq ut mente in cœlo habites. *In Epiſtola*, pete à Chri ut & te jubeat exſpectare promiſſionem Patris. *In vangelio*, pete iis gratiam patrandi miracula, qui ea digent. *Credo*, affectu Apoſtolorum, & turbæ Diſci lorum, præcipuè volendo innovare in te vivacitate fidei, quam illi habuerunt, de vera Aſcenſione Chri

Oblatio Hoſtiæ, & unà actionum mundi, ut eas nom Eccleſiæ, offerat Chriſtus Sanctiſſimæ Trinitati. *Ob tio Calicis*, & unà paſſionum Eccleſiæ. *In Præfatio* licitare cum Deo, meminiſſe velit, meminiſſe digne ideo Chriſtum aſcendiſſe, ut nos, & tu, divinitatis e fias particeps, licitare itaque, ut impleatur hoc verbu *Conſecratio*: Quo affectu Sanctiſſima Trinitas colloca Te Domine Jesu, ad dexteram Patris, eo affectu lo Te Euchariſticè hic. Vel, Abis Domine in cœlum,

Tu

Tui præſentia Sacramentali careat terra, pono Te hic Domine. Vel, Quo affectu Domine aſcendiſti ad cœlum, eo affectu, deſcende ſub has ſpecies. *Elevatio*, ſit repræſentativa Aſcenſûs ad cœlum. *Repoſitio Hoſtiæ*, fiat eo animo, ac ſi locares Chriſtum inibi, ubi corporaliter in cœlo exiſtit.

Pater noſter, cui nos deſolatos relinquis? *Qui es in cœlis*, hodie ad illos corporaliter aſcendens. *Sanctificetur nomen Tuum*; cui hodie flectitur genu, præcipuè cœleſtium. *Adveniat Regnum Tuum*, quod nobis, abis paraturus. *Fiat voluntas Tua* in cœlo, ad quod aſcendis; *Et in terra*, quam deſeris. *Panem noſtrum*, Euchariſticum, da nobis, in hodie agoniæ, ne deficiamus in via ad cœlum. *Et dimitte nobis*, ne abeas à nobis iratus. & *nos dimittimus*, illuc ituri. *Et ne nos inducas*, in amorem hujus ſeculi & vitæ. *Libera nos*, à perditione vitæ æternæ. *Immiſſio Particulæ*; fiat eo affectu, quaſi velles te indere vulneribus IESU, ut te ſecum ferat in cœlum. *Agnus Dei*, dirigatur ad Chriſtum, jam jam in cœlum aſcendentem. *Domine non ſum dignus* 1. Te viventem inter nos, & paſſum, 2. Te Reſurgentem, 3. Te in cœlum aſcendentem, in illo exaltatum, recipere. *Communio*, eo animo fiat, ut cùm Chriſtum in te habueris, ſi velit in cœlum abire, te, tanquam ſui contentivum, promoveat in cœlum. *Benedictio*, affectu Chriſti, elevatis manibus benedicentis.

AFFECTUS

1. Statue te inter Diſcipulos Chriſti, cogitaq; te evocari ad ſecretum colloquium Chriſti: fac eos affectus, qui fieri ſolent in actu valedictionis, petendo ſcilicet, ut tui meminerit Dominus, proteſtando viciſſim, ut adhæreat lingua tua, faucibus tuis; ſi non memineris Domini, & non poſueris eum, in principio lætitiæ tuæ. Proteſtare quòd tædio afficieris ſine Domino tuo. Deprecare

care offensas, pete ad memoriam Domini servandam, ut hoc, vel illud munus relinquat tibi. Denique pete Christo, ut duo à te audiat verba: Amo Te, Salva me & tu vicissim duo ab illo audias verba: Amo te, Salv te. 2. Fac actum valedictionis Christo, nomine toti mundi. 3. Memento totius mundi Domine, dum v neris in regnum tuum. 4. Cui me Domine desolatu derelinquis? relinque me Matri Tuæ. 5. En tibi D mine munusculum, quod à me serves in memoria mei, &c. N. N. 6. Transi in merum affectum ga dij, ob gaudium Domini Ascendentis. 7. Da Domi eam felicitatem, vel capiti, vel pectori, vel cordi me quem tribuisti saxo, ex quo ascendisti in cælum, ut imprimas mihi, sicut illi lapidi, vestigia pedum tuoru 8. Elevatis manibus benedic Domine mihi, meis, to mundo. 9. Osculare ultimò in vita hac, vulnera IES desideres in singulis replicari, imponi. 10. Imagina quod uno jam digito, quòd palmo, quod vlnâ, quòd u ad os tuum, elevet sese IESUS super terram, & quasi tuum pertranseuntes pedes, osculare. 11. Dum j videris Dominum tuum elevari supra caput tuum, a pe sanctâ impudentiâ pedes ejus sacrosanctos, ut asc dens Dominus, te secum trahat. 12. Dic ex cor Quis mihi dabit pennas columbæ, ut sequar te! & si non sum dignus, en oculis, pòst mente, sequor te Do ne, usq; ad Thronum tuum. 13. Offero Tibi Dom affectus terræ, à Beatissima, Discipulis, residua Chri nitate, factos, offero affectus cœli, in quo nullum h minem, solos Angelos reperisti. Offero & affectus Sa ctorum limbi, deserentium terram, primùm ingredie tium cœlum. 14. Desino Domine ab affectibus me Tuos, & Tuorum induo. 15. Gratulare Domine I salutationes Divinitatis, & Angelorum. 16. Gratula Divinitati augmentum gloriæ accidentalis, ex adve Domini IESU, & Angelis. 17. Gratulare Christo & c lo, quòd hac die nulla erit lætior, nisi fortè, pri

dici

dies, post finem mundi. 18. Excita in te gustum cœlestialiter vivendi, cujus caput & cor, jam est in cœlo. 19. Jnclamo coram mundo: Vivo ego, jam non ego, vivo in cœlo, ubi IESUS Vita mea est. 20. Vellem innovare Tibi, ô Deus Trinitas, salutationes, adorationes, pro nobis petitiones, factas à Christo, & vicissim Domine IESU, Tibi, vellem innovare retributiones à Trinitate, quas eo momento, recepisti. 12. Fac me Domine impleri spiritu & devotione, momento tibi noto, quo scilicet Tu ascendisti in cœlum, quo primùm Thronum tuum insedisti, ut ita, obsequiolo devotiunculæ meæ, venerer hoc momentum. 22. En tibi cœlum, dat suum munusculum terra, Salvatorem suum, qui, os de ossibus nostris, caro de carne nostra, est, quid tu cœlum, terræ dabis? 23. Pro Christo, cœlum nobis offert Spiritum Sanctum, hunc exspecta, hunc desidera. & si venit Verbum absconditum, in mundum, desidera ut cum triumpho, veniat Spiritus sanctus. 24. Osculare mente, locum Ascensionis Domini. 25. Pete à Beatissima, & Apostolis, ut exspectaturi adventum Spiritûs Sancti, te in comitatum admittant.

PRÆPARATIO AD ADVENTUM SPIRITUS SANCTI.

1. Pone te in angulo, vel ad fores domûs illius, in qua reclusi Discipuli Domini cum Beatissima, exspectando Adventum Spiritûs S. Vel, pone te, nunc ad pedes Beatissimæ, nunc ad pedes Discipulorum, cum illisque mente conversare. 2. Nescio Domine desiderare Te, desidero Te, desideriis Matris & Apostolorum. 3. Da mihi Domine gratiam, præparandi me, ad Te. 4. In malevolam animam non intrabit Spiritus Domini, toto corde meo, desidero esse benevola anima. 5. Spiritus Sanctus, Spiritus est, ut habeat proportionatas dispositiones, adeoq; spirituales, oderis ergo, emendaveris quid-

quid in te, sensuale est. 6. His Domine etiam ipsis, qu exspiro, exspiriis, suspiro ad te, anhelo ad te. 7. Desidero Domine Spiritum tuum. *Latum*, usque ad totius mundi, per me miserabilem, conversionem. *Altum*, usque ad contentationem cordis Divini: *Profundum*, usque ad abolitionem & obsurdescentiam, omnium blasphemiarum infernalium contra te: *Longum*, hoc est, amativum tui in æternum, & ultrà. 8. Sumo Te Domine, ut me aptes Spiritui Sancto, quia ille aptavit tibi corpus, devoque hostiam, affectu sanctificantis aërem, per quem descendit in Apostolos. 9. Accede ad pedes singulorum Apostolorum Domini, & Beatissimæ, peteque ut pro te supplicent Spiritui Sancto, ut replearis, etiam tu, Spiritu Domini.

LITVRGIA PENTECOSTES

ADorativum, in particulari dirigatur ad Spiritum Sanctum. *Gratiarum activum*, pro speciali ejus in mundum missione; *pro* gratiis datis Apostolis, & viris Apostolicis; *pro* instinctibus datis ad defensionem huj Personæ, contra Hæreticos, & Schismaticos. *Impetrativum*, ut cultus hujus personæ augeatur, ut recipiatur hodie à toto mundo, præcipuè á deliberantibus de Fide, Pœnitentia, Religione. *Propitiatorium*, pro peccatis contra Spiritum Sanctum. *Locus sacrificij*, hic ipse, in quo Apostoli Spiritum Sanctum receperunt, vel *Cor* MARIÆ & Apostolorum, Spiritu Sancto pleuum. *Assistentes*, ex una parte Apostoli, & Apostolici Viri, ex altera parte, hoc die aliquando specialiter conversi.

In nomine Patris, affectu volentis baptizari, baptismo flaminis, recipereq; Spiritum amoris Divini. *Introibo ad Altare Dei*, & locum recepti Spiritûs Sancti, ab Apostolis, vel ad altare cordis MARIÆ. *Iudica me Deus* dignum, ut infusione Spiritus Sancti, discernatur causa mea á peccatoribus. *Emitte lucem tuam*, ut in linguis igne

igneis etiam super nos descendat. *Confitebor* tibi in Cythara desiderii, quod hodie mundus habet, ad te recipiendum. *Gloria Patri*, cum speciali reflexione, optandæ gloriæ Spiritui Sancto. *Adjutorium*, supra desiderantes hodie recipere Spiritum Sanctum; ad quos dirigatur *Misereatur*, & reliqua. *Confiteor Deo*, in Apostolos descendenti. *MARIÆ*, Spiritu Sancto plenæ. *MICHAELI*, & Angelis Custodibus, Assistentium meorum, huic Sacro. *Baptistæ*, desideranti illabi Spiritum Sanctum dicendi ante, & contra Reges, si delinquant. Apostolis, *PETRO* repleto, *PAVLO*, destinato ut repleretur. *Omnibus Sanctis*, ante repletis Spiritu Sancto. *Et vobis Fratres*, eo, hodie replendi. *Mea culpa*, Patri, *Mea culpa*, Filio, *Mea maxima culpa*; Spiritui Sancto. *Kyrie*, dirigatur ad Spiritum Sanctum. *Christe*, ad Filium, tanquam promittentem Spiritum Sanctum. *Gloria*, sit gratiarum activum, pro missione Spiritûs Sancti. *Dominus*, Spiritus Sanctus *vobiscum*. *Oremus*, ad eundem. *Lectio*, sit annuntiativa mundo, quasi adhuc nescienti, de descensu Spiritûs Sancti. *Veni sancte*, dicatur flagrantissimè, desiderando Spiritûs Sancti adventum. *Munda Cor* meum, dicatur affectu eorum, qui nunc, & postea, cupient Evangelizare Ethnicis, Hæreticis, Malis, & Sanctis Catholicis. *Evangelium* legatur, repetitò & repetitò amando Deum, ut in te impleatur: Et ad eum veniemus. *Credo*, Directa ad Patrem & Filium, dirigantur tanquam ad principium producens Spiritum Sanctum, & attendatur ad articulos de Spiritu Sancto.

Oblatio Hostiæ, & unà affectuum eorum, qui ante nos, desiderarunt Spiritum Sanctum. *Oblatio Calicis*, unà cum affectibus eorum, qui hodie, & postea, usq; ad tempora Antichristi, desiderabunt impleri Spiritu Sancto. *In Præfatione*, elice inprimis actum Fidei, quòd Spiritus Sanctus sit in filios adoptionis effusus, deinde elice actum Spei, quòd sis filius adoptionis, adeoque habens titulum, ut in te effundatur Spiritus Sanctus; cui triplicetur: Sanctus,

ctus, tanquam Sancto, procedenti á duobus Personis S
ctis. Vel, dicatur Sanctus nomine Apostolorum, &
rum, qui visibiliter accipiebant Spiritum Sanctum, &
rum, qui hac die specialiùs à Spiritu Sancto, illumin
sunt, illuminantur. Quo etiam affectu dicatur Ag
Dei. Domine non sum dignus. *Consecratio fiat*, ani
ponendi sub speciebus suo modo etiam Spiritum S
ctum. *Elevatio:* Præsento vobis Christiani, ita su
singulos apparuisse linguas igneas, ut ego super ca
meum, elevo Eucharistiam. Tu mihi ô Divinissim
Sacramentum lingua ignea sis, tu descendas super ca
meum. *Repositio Hostiæ fiat*, primariò secundum Ri
lis intentionem, secundariò, affectu reponentis Spiri
Sanctum, in corde Beatissimæ, & quorumcunq; reple
rum, replendorum Spiritu Sancto

Pater noster, regenerans nos infusione gratiæ, quæ s
cialiter tribuitur Spiritui Sancto. *Qui es in cælis*, ci
bus in linguis igneis descendisti. *Sanctificetur Nomen*
um, cui sanctificatio nostra tribuitur. *Adveniat Regn*
Tuum, per gratiam, ut non regnet in nobis peccatu
Fiat voluntas Tua, tuum enim est dirigere corda. *Pa*
nostrum da, in quo tu etiam suo modo Eucharisticè co
neris. *Et dimitte*, infundendo nobis amorem tui. S
& nos, dimittimus, te infundente amorem proximi.
ne nos inducas, in tentationem, frigescendi in tuo am
Sed libera nos à malo, carendi amore tui. *Immissio*
ticulæ, fiat animo abluendi te, & mundum, ab imp
mentis recipiendi Spiritùs Sancti. *Sumptio Corporis*
ut verificetur de te: Et ad eum veniemus. Sump
Sanguinis, ut facias tibi linguam igneam, ad loquend
de Deo. vel eo affectu recipiatur Christus in Euch
stia, quo affectu receperunt Spiritum Sanctum in lin
Apostoli, planèque ita hoc Sacramentum suscipe, q
in linguis igneis, descenderet in te Spiritus Domini.
nedictio detur impletis, & implendis, Spiritu Sancto.

AFFE

AFFECTUS.

1. Sicut concepto calore concipitur ignis, ita & tu concipe amorem Dei, ut in te superveniat, amor, DEUS. 2. Hæc mea dignitas una est, ut recipiam Spiritum Domini, quia tu illum promisisti: Mittam vobis inquiens à Patre Spiritum veritatis. Verifica Domine verbum tuum mecum. 3. Cogita tibi illabi Spiritum Sanctum, & tu, plùs & plus, & adhuc plus, exardesce in amorem Dei. 4. Accipe personam Virorum Apostolicorum, Doctorum, castè vivere appetentium, volentium converti ad fidem, ad gratiam, & illorum corde & indigentia, desidera, recipe, Spiritum Sanctum. 5. Pete tibi à Spiritu Sancto, septem dona ejusdem, præcipuè prudentiæ spiritualis, ad tuam & ad aliorum animas dirigendas, pete Spiritum Apostolicum, felicitatem ad animas, gratiam saltem æquivalentis Martyrii, pete donum concionandi, & semper igneè loquendi de Deo, pete donum doctrinæ, & quod maximum, amorem Dei semper majorem; ut verum sit dicere: Te omnia agere, ad majorem Dei amorem. 6. Desidera loqui linguis omnium gentium, illis laudare Deum, convertere animas. 7. Pete à Beatissima plena Spiritu Sancto, ut tibi det aliquid de Spiritu suo: idem pete ab Apostolis. 8. Orationes meas, Deum concernentes, nunc specialiter dirigo ad te, Deum amorem. 9. Planè Domine incusarem te, si nolles venire ad me: En desidero recipere te, & desidero cordialiter: En doleo de gravissimis, de levissimis, offensis tuis, & doleo cordialiter; En amo te super omnia, & amo cordialiter. Ergo: Veni Sancte Spiritus. 10. Multa in convertendis animabus difficultas est, nescire linguam, facilita Domine laborem discendi linguas, omnibus Missionariis, præsentibus, & futuris. 11. Ex præjactis in Theologia, adora amorem communem omnibus tribus personis, amorem productivum tertiæ personæ, competentem Patri & Filio, amorem productum, seu personatum, Spiritum Sanctum.

TRINITATIS.

ADorativum, offeratur Incomprehensibilitati Divin in Trinitate Personarum, Unitate naturæ, in cu cultum, velis Deum, illummetipsum, illimetipsi, imm lare. *Gratiarum Activum*, pro mysterij hujus revel one, & pro gratiis, quas eadem Sanctissima Trin dedit Doctoribus, ad sui defensionem. *Impetrativ* ut cultus Sanctissimæ Trinitatis, inter Ethnicos, & A nos, & inter domesticos fidei, propagetur; & ut, mysterium, docentes, discentes, illustrentur. *Propi torium*, pro blasphemiis contra Sanctissimam Trin tem, præcipuè hîc apud nos. *Locus sacrificii*, hic in quo Nicænum Concilium celebratum, cui & os insigenda. *Assistentes*, S. Athanasius, S. Augustinus, Hilarius, S. Fulgentius.

In nomine Patris, dicatur affectu profitentis Sanct mam Trinitatem. *Introibo ad Altare Dei*, in Nica templo, in quo defensa Sanctissima Trinitas. *Ind* discerne causam meam, tanquam profitentis myst um Trinitatis. *Emitte lucem tuam*, in docentes, & scentes hoc mysterium. *Confitebor*, in Cythara prof onis, quæ fit, hujus mysterii, à militante & triumph te Ecclesia. *Gloria Patri*, affectu profitentium hoc sterium. *Adjutorium*, petatur à Sanctissima Trinita *Confiteor Deo*, Trinitati. *BEATÆ*, tanquam templo S ctissimæ Trinitatis. *MICHAELI*, inclamanti: Quis Deus! *Baptistæ*, audienti: Hic est Filius meus. *PET* dicenti: Tu es Christus. *PAULO*, Trinitatis Docto *Omnibus Sanctis*, post abnegatam Trinitatem conver *Et vobis Fratres*, à pueritia profitentes Trinitatem. P caui Patri *Cogitatione*. *Verbo*, Filio: *Opere*, Spiritui S cto, tanquam digito Dei. *Mea culpa*, nomine ex Idol latria conversorum. *Mea culpa*, nomine conversoru ex Arianismo. *Mea maxima culpa*, nomine quorumcun à pueritia profitentium Sanctissimam Trinitatem. *feratur*, *Indulgentiam*, *Converte nos*, dicatur supra d cen

entes & discentes hoc mysterium. *Dominus vobiscum*,
n Natura unus, sed & trinus in Personis, Deus. *Ore-*
mus, ad Trinitatem, sub titulo Incomprehensibilis. *In-*
roitus, dicatur affectu cœlestium. *Kyrie* 2. ad Patrem.
hriste ad Filium. *Kyrie* 2. ad Spiritum Sanctum. *Gloria*
n excelsis, dicatur animo, supplendi & satisfaciendi pro
lasphemiis contra Sanctissimam Trinitatem, secun-
ùm quod eam profitetur triumphans Ecclesia. *Ora-*
io, dicatur animo bene precantis cultoribus Trinitatis.
pistola, legatur cum gaudio, de incomprehensibilitate
rinitatis. *Munda cor meum*, dicatur nomine docenti-
um, & discentium, hoc mysterium. *Evangelium*, lega-
ur cum gaudio, de revelatione hujus mysterii. *Credo*,
icatur nomine quorumcunque profitentium in hac vita
nysterium Trinitatis, præcipuè Patrum Nicænorum.
ffertorium, sit allocutivum singularum Personarum Tri-
itatis, itemq; Graduale per Trinum Benedictus, quod
llic habetur. *In Secretis*, desidera esse munus Sanctissi-
næ Trinitatis.

Oblatio Hostiæ fiat, Patri pro peccatis, Filio, pro offen-
ionibus, Spiritui Sancto, pro negligentiis. *Oblatio Cali-*
s fiat, unà & cordium Sanctorum Assistentium, & om-
ium docentium & discentium, nunc, hoc mysterium.
ræfatio, dicatur alternatim, cum triumphante, & cum
ilitante Ecclesia. *Sanctus* Pater, Sanctus Filius, Sanctus
piritus Sanctus. *Consecratio fiat*, cum desiderio facien-
, ut hic sit, suo modo, etiam Sanctissima Trinitas. *Ele-*
atio, ut adoretur Trinitas à triplici genu. Non possum
omine magis te adorare, quàm dando Te, Tibi, en do.
mmissio Particulæ, & unà tui, in incomprehensibilitatem
rinitatis. *Agnus Dei*, miserere nobis, propter Patrem,
opter te Filium, dona nobis pacem, propter Spiri-
m Sanctum. *Domine non sum dignus*, dirigatur, ad sin-
ulas Trinitatis Personas, hìc suo modo præsentes.
el certè, Agnus Dei, Domine non sum dignus, dicatur
omine conversorum ex Ethnicismo, Arianismo, & no-

mine profitentium à pueritia Sanctiſſimam Trinitate
Sumptio fiat, eo animo, ut evadas templum Sanctiſſim
Trinitatis. *Benedictio detur*, docentibus & diſcentibu
hoc myſterium. *Evangelium*, legatur in illis univer
locis, in quibus à nullo hominum, laudata eſt Sancti
ma Trinitas.

AFFECTUS.

1. Ad te, ut ut concipientem myſterium Trinita
ſpectat, hoc Feſtum colere; cole ergo illud altiori
de Trinitate conſiderationibus, unique fatearis, q
ſuperet vires capacitatis tuæ, gaudioq; de tanta altit
ne myſterii afficere, quòd Deum habeas, quem cre
capacitas non æquat. 2. Induc affectus Apoſtoloru
componentium Credo, Patrumque Nicænorum, & o
nium Sanctorum Patrum, Theologorumque, hoc my
rium exponentium, & illis, Deum Trinitatem, ven
re. 3. Verte te ad quatuor mundi Climata, & in iis
nerare Sanctiſſimam Trinitatem dicendo: Benedict
Sancta Trinitas. 4. Deteſtare omnes contra Trin
tem errores, ſuppleque irreverentias, illi factas, p
cipuè in Regno hoc. 5. Junge te Sanctis Seraphi
cantantibus ter: Sanctus, peteque ut tuo nomine, c
cinant hoc Triſagion. 6. Specialiter ora ad Sanct
Cherubinos, tanquam Spiritus ſcientiæ, ut tibi comm
nicent de notitiis ſuis, concernentibus Sanctiſſimam T
nitatem, iis, quas in hac vita penetrare poſſis. His
illis, quos in hac vita penetrare non poſſes, de Trin
te conceptibus, quos Sancti, de eadem habent, vene
re Sanctiſſimam Trinitatem. 7. Pete inſtantiſſimè,
in te, & in omnibus docentibus Trinitatem, augeat D
minus doctrinam, in diſcentibus & docentibus devo
tem. 8. Offer Domino affectum Poloniæ, qui fuit,
debuit, eſſe potuit, erga Sanctiſſimam Trinitatem, d
fiebat Conſtitutio de ejiciendo è Polonia Arianiſm

9.

9. Fac propositum frequentis adorationis Dei, secundùm quod Trinitas est. 10. Alloquere omnes res creatas, totum possibilitatis mare, ut dicat Deo Trinitati: Gloria Patri &c. 11. Gratias age Sanctis, qui scripserunt, & passi sunt, pro Trinitate; illisque augmentum gloriæ accidentalis, opta. 12. Statue tibi Sanctissimam Trinitatem, tanquam Oceanum incomprehensibilitatis, quem cùm capere non possis, tuam capacitatem præcipita in illum. 13. Excita in te desiderium moriendi citò, & videndi Deum Trinitatem.

LITVRGIA CORPORIS CHRISTI

ADorativum, exhibeatur virtuti Dei transsubstantiativæ, & amori, ad exercitium hujus virtutis, impulsivo. *Gratiarum activum*, pro decreto hujus virtutis exercendæ, adeoq; institutione hujus Sacramenti. Item pro tot gratiis per Eucharistiam collatis, in particulari, pro collatis gratiis in sumptione viatici. *Impetrativum*, ut credatur, coletur, ametur, sumatur, Eucharistia. *Propitiatorium*, pro despectibus Christi in Eucharistia. Item pro indignis Missis & communionibus, præcipuè eorum, si è tua manu aliqui indignè communicarunt. Locus *Sacrificii*, sint omnia altaria & Ecclesiæ, etiam dirutæ, in quibus aliquando celebratum est; item in quibus celebratur, illisque oscula infigantur. *Assistentes*, ab uno latere *Sancti*, ab altero *Sanctæ*, in quibus affectus in Eucharistiam, præ aliis virtutibus, excelluit, Deo ponderatore Spirituum, conscio.

In nomine Patris, item *Gloria Patri*, item *Sanctus*, dirigatur ad Sanctissimam Trinitatem, hîc per circuminsessionem præsentem, placet alicui vocare, concomitantiam. *Introibo ad Altare Dei*, in quo ubicunque tandem celebratum est, celebratur. *Iudica me Deus*, & discerne, hoc titulo, quia consecro, sumo, distribuo, Eucharistiam.

am. *Emitte lucem* tuam, eà ratione, quâ depingitur irradiari ab Euchariſtia Beatus Aloyſius. *Confitebor Tibi* in Cythara triumphorum, qui exhibentur, ab Eccleſia Catholica, Euchariſtiæ. *Quare triſtis* es anima mea, cum Sacerdos ſim, & jam toties Euchariſtia paſtus. *Adjutorium*, ad dignè communicandum, conſecrandum. *Confiteor Deo* paſcenti. *MARIÆ*, paſtæ. *MICHAELI*, ſanctè in videnti felicitatem ſumendæ Euchariſtiæ. *IOANNI Baptiſtæ*, oſtendenti contentum Euchariſticum: Ecce Agnus Dei. *PETRO*, ante Euchariſtiam loto. *PAULO* ſcribenti: Quicunque manducaverit indignè, reus erit. *Omnibus Sanctis*, ſalvatis ſine Communione. *Et vobis Fratres*, præcipuè hodie Euchariſtiâ paſti, & paſti aliquando, è manibus meis. *Mea culpa*, ratione indignitatis in corpore. *Mea culpa*, ratione indignitatis in anima. *Mea maxima culpa*, ratione indignæ conſecrationis, communionis. Qui tres affectus, repetantur ad *Agnus Dei*, *Domine non* ſum dignus. *Miſereatur*, ſupra conſecrantes. *Indulgentiam*, ſupra ſumentes Euchariſtiam, dicatur. *Dominus vobiſcum*, Euchariſticè præſens. *Oremus*, ad eundem. *Introitus*, legatur annunciativè orbi, de communione primi Apoſtolorum, *Kyrie* 2. dicatur affectu communicantium & conſecrantium eorum, qui converſi ex Ethniciſmo. *Chriſte*, affectu domeſticorum fidei. *Kyrie* 2. affectu converſorum ex gentibus circumciſis.

Gloria in excelſis, nomine Eccleſiæ triumphantis, in quantùm laudat Deum, pro inſtitutione hujus Sacramenti. *Oratio*, dicatur reflexè, ut non tantùm aliquando ut non tantùm interdum, ſed jugiter, fructum hujus ſacrificii, ſentiamus. *Epiſtola*, legatur affectu Catechizantis eos præcipuè, qui è manu tua communicârunt, communicabunt. *Proſa*, dicatur nomine communicantium. *Evangelium* legatur Ethnicis, Hæreticis, malis Catholicis, volentibus communicâre. *Credo*, ad Perſonas, præſentes in Euchariſtia per circuminſeſſionem, dirigatur. *Offertorium*, dic commonefactivè ad Sacerdotes, & te, ut non polluas nomen Euchariſtiæ.

Obla-

Oblatio Hostiæ, & unà Hostiarum, usque ad primam in Ecclesia, & à te, factam oblationem. *Oblatio Calicis*, & unà eorum omnium, quæ factæ à tempore primæ Missæ tuæ, & fient usque ad finem mundi, temporaq; Antichristi, *Præfatio*, dicatur cum gaudio, quòd visibiliter possis agnoscere formam Hostiæ, sub qua in Ecclesia Dei Eucharisticè continetur Deus. *Consecratio*, fiat animo obedientis ad mandatum Christi, qui dixit: Hoc facite. *Elevatio*. Elevo Te, ad Te, propter Te Domine. *vel* Voces cœlestium, terrestrium, & infernorum, dicite elevato Domino: Laudetur Sanctissimum Sacramentum. *vel.* præsenta hostiam, ut ei à comprehensoribus: Calicem, ut à viatoribus, accinatur: Laudetur SS. Sacramentum., *Dum elevabis Calicem unà cum Hostia* consecrata, dicesque: Omnis honor & gloria, flammeè, superflammeè, precare, ut gloria Eucharistiæ, nusquam desistat.

Pater noster, inferius habetur. *Intinges Particulam*, ut quia Christus ante communionem abluit omnes, te abluat melius, hoc est Sanguine suo: peteque ut hodie, ita dignè sumas Eucharistiam, sicut nunquam antè. *Sumptio* Eucharistiæ fiat, eo animo, quòd velles in hac una Hostia, sumere, quascunque hucusque sumptas à quocunque, devotiones eorum innovando, defectus supplendo. *Benedictio*, detur in quantùm pastis Eucharistiâ.

AFFECTUS

1. Gratias age pro beneficio, dato Ecclesiæ Eucharistici Sacramenti, & sacrificii. 2. Adora illud in omnibus Ecclesiis, particulis; adoratumque velis, in Ecclesiis, quæ fuerunt, erunt, modo non sunt. 3. Gratias age pro sumptis Communionibus, sumendis, consecratis, Hostiis, consecrandis, distributis, distribuendis, specialiter pro Communione data aliis, & danda, itemque à te accipienda, (dante Deo) communione

viatici. 4. Innova omnes affectus erga Euchariſtiam
elicitos, in particulari Angelorum, dum primùm co
ſecrata eſt, & ultimò circa tempora Antichriſti con
crabitur: item Apoſtolorum, Beati Stanislai, manib
Angelicis refecti, Catharinæ Senenſis, ſolo paſtu E
chariſtiæ, tot diebus viventis, Chryſoſtomi dicent
Unus ſit dolor, hac eſca privari! Innova & affectus
atiſſimæ, ipſiuſque Chriſti, Corpus ſuum, primùm i
cœnaculo ſub ſpeciebus panis, ponentis, ut putatur
ſumentis. 5. Offer aliquid in ſupplementum deſpe
um Euchariſtiæ, in particulari pro Communione p
mùm indignè ſumpta à Iuda, pro contemptibus à
ganis, deriſionibus ab Hæreticis, puncturis à Iuda
ſuffurationibus à Sagis. 6. Pete gratiam tibi, tu
toti mundo, dignè celebrandi, communicandi. 7.
te gratiam tibi, tuis toti mundo Chriſtiano, in ago
ſanctè communicandi, quid ſi etiam gratiam morien
infra octavam Corporis Chriſti? 8. Nunquam
ùs vult Eccleſiam eſſe ſine cœlo, hoc eſt ſine ſe; in
lo, dat ſe per viſionem, in terra per comeſtionem,
hoc cœlum militantis Eccleſiæ, 9. Offer triump
Eccleſiæ, in recompenſationem infamium procel
num, a Iudice ad Iudicem, 10. Sit per hanc heb
madàm, perpetua tua imaginatio, quòd vel flectas a
Euchariſtiam, vel eam manu teneas. 11. Revoca
bi aliquam ſingularem devotionem, vel ſacrum ſom
um de Euchariſtia, proponeque vitam dirigere d
illius ſenſibus. 12. Gratiæ Euchariſticæ, ſunt gra
condiſtinctæ áb aliis gratiis, ampliores habuiſſes, ſi
meliùs diſpoſuiſſes, nunc te ergo ad illas diſponas,
tibi donentur è cælo, redonentur. 13. Præſenta
chariſtiam Sanctis Angelis, totique cœlo, peteque
illo, ut nomine tuo adoret Euchariſtiam; præſenta
ræ, fideli & infideli; præſenta inferno, præcipuè iis,
ſpecialiter ob indignum Euchariſtiæ uſum damnati,
actumque velis infernum, ut credat, & contremiſca
an

ante Eucharistiam. 14. Quis Tibi sensus ô Beatissima, quæ dulcedo cordis? cùm vides corpus ex te sumptum, deificatum, in Eucharistia repositum. Offero sensus hos Beatissimæ, de Eucharistia, Tibi ipsi, ô Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum 15. Dum vides cultui Eucharistiæ tot candelas accendi, tot tormenta explodi, desidera ut cor tuum sit pro candela, ut totus in pulverem pyrium redigaris, consumendum in cultu Eucharistiæ. 16. Cogita tibi dici: Iam ampliùs Eucharistiam non videbis, jam ampliùs non adorabis, intentissimis ergo oculis illam aspice, collecto toto affectus paratu, adora. 17. Desidera adferre communionem, & facere processionem, ad omnes Christianos captivos infidelium, multò magis incarceratos pro fide, facereque illis solatium, adlatæ Eucharistiæ. 18. Animæ Sanctæ Purgatorii, ô si vos possetis celebrare, communicare, processioni interesse, quàm sanctè id faceretis, impetrate cordi meo, talem devotionem. 19. O quàm vetus est meum votum, petendi à te, ut nemo è manu mea indignè communicet. repeto & nunc votum hoc meum ad te Domine, satis superque contemptus tui Domine, quia ego, è manu mea, indignè, sumo Te, 20. Levo manus meas in Sancta, Tibique mi Domine offero, toties, tactu Eucharistiæ dicatas. 21. Da nobis Domine hodie gratiam singularis devotionis in celebrando, communicando, processionaliter Te deducendo. 22. Desidera interesse illi processioni cœlesti, quam vidit cum delata Eucharistia fieri, S. Magdalena de Pazzis 23. Christus est totus & unus in Eucharistia, sed non uniter; est enim toties, quoties hostia partibilis sensibiliter, Desidera ergo tot saltem actus Adorationis, Salutationis, recognitionis Christi facere, quot sunt partibilitates hostiarum, nunc in Ecclesia existentium; ita, ut nulla sit partibilitas, cui à te non respondeat recognitio, salutatio, adoratio. 24. Unus tu es Domine in unaquaque Hostia, sed non uniter; vellem & ego multiplicare os meum, cor meum, ut

toties

toties te sumam, quoties tu illic es, adeoq; sumere T uno corde, & ore, sed multiplicato. 25. Vellem T Domine, in omnes domos, Vicos, Villas, Urbes, intr ducere, in quibus placet tibi Domine, ut hodie circu feraris, sed maximè in habitantium corda. 26. O qu multæ sunt Urbes & loca, ubi hæc processio fiebat, n do non fit! redi illuc Domine IESU, redi ex exilio t 27. Applica ea tibi, quæ Sanctus Chrysostomus de E charistia scribit. Desidera non tantùm per Charitat sed re ipsâ commisceri Christo. Instituit Christus h Sacramentum, ut ostenderet desiderium, quod erga t habet, satia hoc desiderium IESU: Fac te Leonem, ign spirantem, à mensa Domini; fac te per Eucharistia diabolo terribilem. Parentes sæpe aliis filios alen tradunt, Christus te carne sua in Eucharistia alit, ac de dignè, alendus. Sit tibi Eucharistia pignus, qui Christus, pascet in futurum, in cælo. Unus sit nobis lor, hac esca privari. 28. Innova affectum Sancti us Indiani: Peccare non possum, peccare nolo, qu ego sum de communione, ut ille dicebat., hoc est charistiam sumens. 29. Incusa te cum Chrysostor Hei mihi quot nobis ad salutem viæ! & tamen nihil rum nos à malo avertit! 30. Lingua Sancti Antonii, igneas Conciones, hucusque integra remansit.: qu tua lingua! quid illam exspectat, toties Sanguine Do ni rubricatam.! 31. Pete augeri gloriam accide lem, Sanctis Deo notis, qui fuerunt speci-aliores cultores Eucharistiæ.

LITUR

LITURGIÆ SOLENNITATUM BEATISSIMÆ, & SANCTORUM, &c.

LITURGIA FESTI SANCTI FRANCISCI XAVERII.

ADorativum, offeratur Deo recompensanti, non tamen ad æqualitatem, Passioni Domini, per conversionem animarum, in particulari in Indiis. *Gratiarum actiuum*, pro gratiis datis convertentibus Indianos, & conversis Indianis. *Impetrativum*, iisdem gratiarum. *Propitiatorium*, pro peccatis impeditivis conversionis gentium, in particulari conversionis Indorum. *Locus Sacrificii*, in omnibus templis Indiæ. Vel, in locis, in quibus inibi celebravit S. Franciscus Xaverius. Vel, in illis locis, in quibus adhuc fit cultus idololatricus. Vel pectus S. Francisci Xaverij. Vel lapis S. Thomæ, sudans olim sanguinem. *Assistentes*, S. Thomas Apostolus, S. Franciscus Xaverius. Item Martyres & Confessores, ex Indorum gente. *Signum Crucis*, imponatur convertentibus Indos, in solatium, conversis in subsidium, convertendis, in emollitionem cordium.

Introibo ad Altare Dei, ut supra, ubi de loco Sacrificij. *Judica* & discerne, à nolentibus converti. Vel, discerne prædestinatos tuos, ab infidelibus. *Emitte lucem*, convertentibus, conversis, convertendis. *Confitebor in Cythara*, Martyrij Indici, Musica enim Deo grata, sunt Martyria Sanctorum. *Quare tristis es anima mea?* quia moriar non Martyr! Vel, quia tam multæ restant gentes quæ non noverunt Dominum, & Christum ejus. *Gloria Patri*, nomine Martyrum, & *Filio*, nomine convertentium,

um, & *Spiritui Sancto*, nomine conversorum & convertendorum. Vel, *Gloria Patri*, nomine convertentium Conversorum olim: *Et Filio*, nomine convertentium conversorum, nunc: *& Spiritui S.* nomine conversorum, & convertendorum postea. Quo affectu, dicatur *Mea culpa*, *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum &c.* jutorium, dicatur supra convertentes, & convertendos itemq; *Misereatur*, *Indulgentiam &c.* *Confiteor Deo*, illuminanti omnem hominem venientem in hunc mundum. *Beatæ*, abstergenti (ut habeatur in Historia sanctæ memoriæ Patris Rudomina) sudorem laborantium in studiis. *MICHAELI*, ad cujus præsidentiam, quam habet in Ecclesia, de novo aggregatæ Indiæ. *IOANNI Baptistæ*, Bonzios falsos Eremitas, verà eremo confundenti. *PETRO*, cujus fides inibi plantatur. *PAVLO*, cujus nomini Ecclesia nostra & Collegium primum, inibi dicatum. *Omnibus Sanctis*, præcipuè Indiæ, & *Vobis Fratres* qui illic convertebatis, convertitis. *Mea culpa*, ut supra. *Dominus vobiscum*, convertentes Indos, & vobiscum, conversi, convertendi. *Oremus*, nomine eorundem.

Gloria, nomine Confessiorum Indiæ, sive jam in patria, sive in via existentium. *Epistola*, prælegatur convertentibus, quibus etiam ad illa verba: *Munda cor meum*, precare gratiam Evangelizandi. *Evangelium*, legatur conversis, & convertendis. *Credo*, dicatur nomine Martyrum Indiæ, præteritorum, præsentium, si qui nunc actu Martyrium patiantur, & futurorum.

Oblatio Hostiæ, & unà sanctitatis eorum, qui inibi fidem propagàrunt? *Oblatio Calicis*, & unà Martyriorum & afflictionum, inibi ob fidem toleratarum. *Præfatio* dicatur nomine Sanctorum Indiæ, ad illa verba: *Semper* præcipuè ex quo Sanctus Thomas Apostolus incepit prædicare fidem, & ex quo postea prædicata est. *Ubique*, præcipuè ubi fides à S. Thoma Apostolo, & Francisco Xaverio, prædicata. *Consecratio*, fiat eo affectu, quo inibi Sancti consecrarunt, S. Thomas Apo-

sus, & S. Franciscus Xaverius. Vel, Pono Te Domine hic, tanquam objectum adorabile ab Indis. Vel: sicut ego Domine converto substantiam panis & vini, in Corpus & Sanguinem Tuum, ita tu converte corda infidelium, in corda fidelium. *Elevatio fiat*, manibus Apostolorum Indiæ. Vel: Adorate eum omnes Indiæ ejus. Vel: En vobis Indiæ, in quem credere, per quem salvæ fieri debetis. Adorationes fiant nomine Indiæ. *Immissio particulæ*, & una convertentium Indos, & conversorum.

Pater noster, quo titulo, nos pro te in Indiis exules vel maximè indigemus. *Qui es in cælis*, nos propter te inter barbaros. *Sanctificetur nomen Tuum*, inter illos. *Adveniat regnum Tuum*, mores Sancti, inter Catholicos hic degentes. *Fiat voluntas Tua*, cui complacituri huc venimus. *Panem nostrum quotidianum*, cruces & afflictiones, demum, martyrium, da nobis. *Et dimitte debita*, impeditiva martyrij. *Sicut & nos dimittimus*, ne hac gratia excidamus. *Et ne nos inducas in tentationem*, descendi ob martyrium fidem. *Sed libera nos à malo*, non fructificandi in Indiis. *Sumptio* Corporis Domini, sub speciebus panis, fiat, ore S. Thomæ Apostoli; sub speciebus autem vini, ore S. Francisci Xaverij, pus bibentis, si id imaginationem, actum hunc exercentis, non fœdat. Vel, sumatur nunc ore convertentium, nunc ore conversorum; petesque ut hoc Sacramentum, iis, qui modo vivunt, & sunt passuri martyrium, sit in sanctificationem sanguinis, Martyrio fundendi. quorum etiam nomine, dicatur oratio pro impetranda gratia Martyrij, ut habeatur in Liturgia Universali. Vel, si nullos tales pro præsenti videt Deus, offer id, pro postea victuris, & passuris martyrium. *Benedictio* detur iisdem. Item vocatis ad conversionem Indiarum.

AFFECTUS.

1. Gratias age Divinæ misericordiæ, quod prædest

narit S. Franciſcum Xaverium, ad eos gradus gratiæ & gloriæ, item pro ejus vocatione, auxiliis, donis naturalibus & ſupernaturalibus. 2. Gratias age, S. Franciſco Xaverio, pro eo, quod amore Dei aliquando egit, paſſus eſt. 3. Gratias age S. Patri noſtro, S. Ignatio, pro labore quem ſubiit, circa aggregandum Societati, S. Franciſcum Xaverium. 4. Gratulare Angelo Societatis (cùm præſumatur unaquæque Religio habere ſuum) talis perſonæ acceſſum, gratulare & ejus Angelo Cuſtodi, Sanctum Franciſcum Xaverium, quod ſcilicet, tam inſignem Clientem nactus ſit. 5. Gratias age Angelis Cuſtodibus pro juvamine, quod præſtiterunt ſuis Clientibus, ut opera S. Franciſci Xaverij converterentur. 6. Excita in te ſincerum deſiderium ejus ſanctitatis, & zeli, quo hic Sanctus claruit. 7. Sitias converſionem Indorum & benedictionem Divinam, iis, qui circa illos laborant. 8. Precare ſpeciale augmentum gloriæ accidentalis, iis qui ope S. Franciſci Xaverij, in cælum deducti. 9. Deprecor Domine os meum, ore S Franciſci Xaverij, preces ebibentis, ut ſancte & zeloſe de te loquar. 10. Affectu S. Franciſci Xaverij, ex deſiderio Crucis inclamo Domine: Amplius, Amplius! ſed & deſidero illud: Satis est, ut tandem amore Dei caleam. 11. Da Domine iis, quos ad hoc ſegregaſti, in Indias vocationem, & ne Spiritus hic, unquam, in ſervis tuis extinguatur. 12. Gratias Tibi Domine, pro omnibus miraculis, per S. Franciſcum Xaverium a te patratis, & in particulari, pro ... nato Maſtrillo. 13. Transfero me ad oſculandam ... num tuam Romæ, quæ tot millia hominum baptizavit, ſed & transfero in Indias, ad oſculandum pedes tuos ex itineribus cruentatos, ſed & pectus æſtuans, os prædicatione Evangelij dedicatum. 14. Supplico Tibi Domine, pro incolis Goanis, tanquam accolis mei Sancti, ſed & pro Iaponiis, quos ille, delicias ſuas appellabat, tum pro Sinis, in quorum converſionis deſiderio, moritur tuus eſt tuus Franciſcus. 15. In Inſula Sanciano, ubi

manus tuas, commendavit Spiritum suum S. Franciscus Xaverius, sisto me Domine, & illic mihi, gratiam felicis agoniæ emendico. 16. Da mihi Domine gratiam ita vivendi, ut me non indignum Domine judices, etiam gratia Martyrij, & da mihi gratiam moriendi, cum proximo ad Martyrium accessu. 17. O viscera S. Francisci Xauerij, toties amore Dei succensa, inviscerate mihi amorem IESU, & MARIÆ. 18. Affectu S. Francisci Xaverij, ad te ô Virgo Beatissima, clamo: Domina tu mihi non opitulaberis! 19. Supplico Tibi Domine, & tibi S. Francisce Xaveri, pro omnibus, qui te præcipuè hodie deprecantur, ut nullius illorum irritum sit votum, vacua supplicatio, ut ita, pervulgatus in cordibus hominum, ad te affectus, & cultu & numero, augeatur. Ad des hic orationem S. Francisci Xaverij: *Ave lignum*, & illam: *Æterne rerum Conditor Deus*.

LITVRGIA FESTI CONCEPTIONIS BEATISSIMÆ.

Hæc, quæ hic dicentur, dicta sunto ex sensu piæ Sententiæ, & secundùm cancellos per Bullas Pontificum, in hac Materia præstitutos.

ADorativum, offeratur Divinæ Sanctitati, assimilativæ creaturarum rationalium, in Impeccabilitate. *Gratiarum activum*, pro beneficio originali, &, ut præsumitur, Immaculati conceptûs Beatissimæ. *Impetrativum*, ut hæc controversia decernatur, Doctores & discentes eandem, dum per Ecclesiam licet, augeantur, recurrentes in suis tentationibus carnalibus adjuventur. *Propitiatorium*, pro omnibus irreverentiis erga Beatissimam ab omnibus Ethnicis, Hæreticis, malis Catholicis. *Locus Sacrificij*, Cor Beatissimæ immaculatè conceptæ, cui & oscula infigantur. *Assistentes*, Ioachim & Anna, vel, Doctores Sancti, vtriusque Sententiæ.

In nomine Patris, eligentis Beatissimam in Filiam. *Et Filij*

Filij, eligentis in Matrem, & *Spiritus Sancti*, eligentis in Sponsam. *Introibo ad Altare Dei*, Cor MARIÆ. *Iudica*, & discerne causam meam, à peccatis tot,dum Beatissima sine ullo est peccato. *Emitte lucem*, ad illustrandum hoc dogma Doctoribus. *Confitebor*,tibi in Cythara,affirmativæ Sententiæ, tristorque quoadusq; illa non fuerit definit. *Gloria Patri*, ut supra,in signo Crucis. *Adjutorium*, *Indul gentiam*, *Misereatur*, dicatur supra tenentes hanc senten tiam. *Confiteor Deo*, potenti etiam posterum Adæ, face re immaculatè conceptum. *Beatæ*, Immaculatè conce ptæ. *MICHAELI* hosti, peccantis Angeli. *IOANNI* eunti in Eremum; ne vel levi taminare posset famine lin guam. *PETRO*, neganti. *PAVLO*, persequenti. *Omnibu sanctis*, salvatis sine Actuali mortali. *Et vobis Fratres* post mortalia actualia salvati, salvandi. *Mea culpa*, faci enti Immaculatè Concipi. *Mea culpa*, facienti exaltar Beatissimam, in Ecclesia militanti. *Mea maxima culpa* facienti exaltari eam in Ecclesia triumphanti. Quo et iam dicatur *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum dign*, *Dominus vobiscum*, prope est, jam ejus est Mater Immacu latè concepta. Vel, dicatur affectu animantis, ut ha sententia per auctoritatem Ecclesiæ teneatur. *Oremus*, f cientem Immaculatè concipi. *Introitus*, dicatur salutat ve Beatissimæ, & simul annuntiativè, quòd hæc parvul sit futura Mater Dei. *Kyrie* 2. dicatur ad manus. *Chris* ad Cor. *Kyrie*, ad pedes Beatissimæ.

Gloria in excelsis Deo, ob beneficia data Beatissimæ, suo conceptu. *Et in terra pax*, hujus controversiæ. *La damus Te*, ob hæc beneficia, & *Gratias agimus*, ob m gnam gloriam istius festi. *Qui tollis*, originale, præs vando Beatissimam, miserere. *Qui tollis*, in nobis cul tivè, suscipe deprecationem, ut hæc sententia decer tur. Dicatur autem *Gloria*, nomine Sanctorum, in h vita Deum laudantium,ob Immaculatam Conceptione *Lectio*, legatur gratulatorio affectu, quòd ab æterno ordinata, & illud: Filij audite me, ita accipe, ac si ti

& Missam tuam audientibus, diceretur. *Munda cor meum*, ut possim adhuc annuntiare decretum Ecclesiæ, de hac sententia. *Gradnale*, dirigatur & Offertorium ad Conceptam Beatissimam, *Evangelium*, legatur annuntiative Iudæis. *Credo*, affectu Doctorum istius sententiæ, & eorum qui ob cultum Beatissimæ, martyrio affecti, vel afflicti fuerunt.

Oblatio Hostiæ, & unà cordium, docentium & discentium hanc sententiam. *Oblatio vini*, & unà cordium eorum, qui devoti ad Beatissimam Immaculatè conceptam. *Præfatio*, dicatur animo cœlitum laudantium Deum, ob dona in suo conceptu, Beatissimæ data. *Sursum corda*, ad facientem Immaculatè concipi, cui etiam pro hoc dono gratiæ agendæ, semper, ex quo hæc sententia incepit, & ubique, ubi docetur. *Consecratio*: sicut ego transformo hanc substantiam in Corpus & Sanguinem Domini, ita tu Domine transforma corda nostra, in cultum Beatissimæ. *Elevatio Hostiæ*, sit in gratiarum actionem, pro gratiis Beatissimæ; Calicis autem elevatio, fiat impetrativè, ut hæc sententia decernatur. *Collocatio Hostiæ & Calicis*, fiat in Altari, Cordis Virginei. Pater noster Marianum, alibi habetur. *Immissio Particulæ* in Calicem fiat, & unà cordium eorum, qui hanc sententiam tenent, vel, devotorum ad Immaculatè conceptam, *Communio*: Quo affectu Beatissima in suo conceptu, desiderabat uniri Deo, eo affectu Domine desidero recipere te. Vel, Species Corporis Domini recipiantur ore tenentium hanc sententiam, Species Sanguinis, sumantur ore eorum, qui eam non tenent, sed innocuè non tenent, & salvo suo ad Beatissimam affectu. *Benedictio*, detur docentibus hanc sententiam. *Evangelium legatur*, exprimendo, quid credat Immaculatè concepta Beatissima, & jam ratione utens.

AFFECTUS

I. Gratias age Divinæ Æstimativitati sui, quam, in

hoc etiam demonstrare voluit, quia ob intuitum suæ dignitatis, noluit, ut sua Mater, in peccato originali conciperetur. 2. Si est aliquid de quo deliberas, an illud suscipere debeas, ad majorem Dei gloriam, resolve te ad hoc; si etiam habes Crucem insignem, quæ te premit, & hanc offer, in gratiarum actionem, pro beneficio præstito Beatissimæ, Immaculatæ Conceptionis, ita, ut pro hoc, nec in vita, nec in æternitate speres præmium; sed sit tibi pretium, obtulisse id titulo gratiarum actionis, pro beneficio Immaculatæ Conceptionis. 3. Gratias age Beatissimæ, quòd etiam Societatem elegerit, pro defensione hujus sententiæ. 4. Age gratias omnibus, qui pro hac sententia laborarunt, & sunt jam in cœlo, peteque, ut illis augeatur gloria accidentalis, pete pro iis qui sunt in purgatorio, ut liberentur. Viventibus autem opta benedictionem & præmium. 5. Pete à Sanctis qui tenuerunt, & à Sanctis, qui fortè non tenuerunt hanc sententiam, ut supplicent Divinæ Maiestati, petentes augeri Doctores affirmativæ sententiæ, hujusque puncti ab Ecclesia decisionem. 6. Pete ut recurrentes ad suam Immaculatam Conceptionem, pro impetranda castitate soletur Deipara Virgo, maximè eos, qui necdum peccarunt in hac materia, & pro illis, qui putant impossibil esse sibi moraliter, ut resipiscant. 7. Excita in te sincerum desiderium, ut istud punctum ab Ecclesia citissim determinetur, & pro Pontifice declaraturo, ora, ut quàm citissimè Ecclesiæ affulgeat. 8. Desidera, non ob longitudinem vitæ tot miseriis plenæ, sed ob titulum felicitatis, ne ex hac vita excedas, nisi audito, jam id ab Eccles determinatum esse. 9. Si non supervives tam diu, o pro iis qui tunc victuri sunt, quando id decernetur, ut i illis exaggeret Deus, devotionem ad Immaculatè Conceptam, & pro iis, qui collaboraturi sunt, hujus puncti decisioni. 10. Gratulare Annæ & Ioachim Beatissimam conceptam, & Beatissimæ, jam ratione utenti, gratular donum Immaculatæ Conceptionis. 11. Gratias age

pro

pro tot Bullis in favorem hujus sententiæ editis, Deo, disponenti corda Pontificum. 12. Gratulare duo dona, soli Beatissimæ propria: donum Virgineæ Maternitatis Divinæ, & donum Immaculatæ Conceptionis. 13. Incusa te, quòd ne hoc quidem jucunditatis festum dignè celebres. Offer ergo affectus eorum, qui illud sanctè celebrarunt, celebrant, celebraturi sunt. 14. Gratias age Domino IESU, quòd voluerit esse Redemptor præservativus, cujus mirandus affectus est, præservatio ab originali, Beatissimæ. 15. Immaculatè Concepta, toties fœdatum peccando, pietate tuâ, ad Thronum Altissimi juva.

FESTUM NATALE.

Nomine Festi Natalis, intelligitur hic Festum Sancti Patroni, cujus nomen gerit aliquis. v. g. Festum S. Thomæ Apostoli. Subdentur hic affectus, qui eo die fieri possunt.

1. Gratias age pro ipso esse existentiali, ipsiusque complementis, & donis naturalibus. 2. Gratias age pro Catholicis (si tales fuerunt) Parentibus. Sed & pro dissidentibus: magna enim gratia est, ex talibus nasci, & tamen illuminari ad fidem Catholicam. 3. Gratias age pro beneficio præservationis à morte, ante baptismum. 4. Age gratias, pro gratia baptismi, à Sacerdote Catholico, pro gratiis, si fortè aliquæ tibi datæ, intuitu orationum baptizantis, Patrinorum, adstantium. Et hoc est etiam inter dona specialis protectionis Divinæ, scire à quo sis baptizatus, nosse Patrinos, qua etiam gratia muneratus est Scribentem Deus. 5. Gratias age, pro hoc in particulari Angelo Custode, tibi dato, nosti quàm insignem nactus es Patronum. Gratias illi age pro cura, imò curis, circa tuam infantiam, plus illi etiam circa temporalem vitam tuam debes, quàm solicitudini Maternæ, nutricis labori. 6. Gratias age pro honesta educatione, per quam te sibi Dominus præparabat: si autem

fuit educatio demiſſior, etiam pro hac gratias age, mi
rificavit enim Dominus miſericordiam ſuam tecum. 7.
Gratias age Deo, quia orphanum te Mater, vel alios, Pa
ter, alios, uterque reliquit, etiam in hoc agnoſces, ſi te
reflectere volueris, gratias ſpecialis protectionis Divinæ.
8. Gratias age pro Nomine, quod ſortitus es, v. g. San-
cti Thomæ Indiarum Apoſtoli, quod eſt, Sancto Thomæ
Aquinati, & aliis, tot & tantis Sanctis, commune. 9. Or
pro omnibus illis, qui eodem tecum nomine gaudent,
gaudebunt; ora pro iis, qui tui ſunt nominis, & Deum
vident, ut illis Dominus augeat gloriam accidentalem,
pro iis qui ſunt in purgatorio, ut liberentur. 10. Gra
tias age Domino, ſi impleſti doctrinam S. Thomæ, de
convertendo ſeſe ad Deum, tanquam ultimum finem,
pro primo inſtanti usûs rationis; ſi autem te non con
vertiſti, nunc te converte, proteſtans, quòd ita te con
verſum voluiſſes. 11. Retrò trahendo mentem ad tem
pus præteritum, benedic Dominum pro primo inſtan
tuæ animationis, nativitatis, juſtificationis per bapti
ſmum. 12. Gratias age in conſpectu Dei, omnibus iſti
qui pro te, infantilem adhuc ætatem agente, Deum al
quando laudarunt, tu etiam modò viciſſim, lauda Deum
pro omnibus infantilem ætatem nunc agentibus. 13. Be
nedic Domine illi ſpatio terræ, in quo dediſti, ut naſce
rer, ne te in illo, ullus offendat, ſaltem mortaliter. 1
Offero Tibi Domine domunculam Parentum meorum
& pro vivis, mortuiſq; illius, quocunq; modo ad illa
ſpectantibus, ſupplico tibi Domine, doleoq; pro pe
catis, quibus te aliquando offenderunt. Libera anima
quæ ex ea purgantur, Sanctis illius auge gloriam acci
dentalem, vivis benedic. 15. Da mi Domine, in ſa
ctis tuis naturalibus & ſupernaturalibus benedictionibu
reſiduum vitæ tranſigere. 16. Deteſtor Domine pecca
ta à me facta, Deus avertat, facienda. Da ut agam & p
tiar pro te. 17. Repete uſitatas illas orationes: N
reminiſcaris Domine! &: Delicta juventutis meæ. 18

Offer

Offer Domino acta & agenda. 19. Pete, ne excedas ex hac vita, nisi intus præmonitus, de imminente morte.

LITTRGIA FESTI PVRIFICATIONIS BEATISSIMÆ.

ADorativum, offeratur Excellentiæ Divinæ, in quantum adorabilis est, etiam ab humanitate Deificata. *Gratiarum Activum*, pro gratiis datis intuitu hujus oblationis Beatissimæ, Sancto Ioseph, Simeoni, Annæ Phanuel, &c. *Impetrativum*, dirigatur, ad obtinendum felicem agonem Tibi, & Tuis, & ut non videas mortem, quin videris Christum Domini, *Propitiatorium*, pro peccatis impeditivis gratiæ, finalis perseverantiæ, *Locus Sacrificii*, locus in quo stetit Beatissima Christum offerens, vel, locus hic, sint ipsæ manus Beatissimæ, vel ulnæ Simeonis, cui loco & oscula infigantur. *Assistentes*, ab una parte Beatissima, & Anna Phanuel, ab altera S. Ioseph, S. Simeon.

In nomine Patris, affectu Beatissimæ, primò pedem inferentis, in templum Domini cum Domino. *Introibo ad Altare Dei*, ut supra. *Iudica*, & discerne à malè agonizantibus. *Emitte lucem*, invisibilem, dum hodie candela pabulum ignis, visibiliter benedicetur. *Confitebor in Cythara*, manuum Beatissimæ, & Simeonis, gestantium Christum; si ille pro me jam offertur, quare tristis es anima mea? *Gloria Patri*, nomine Beatissimæ & affectu quo in illa oblatione adoravit Trinitatem. *Adjutorium*, *Deus* Tu conversus, *Ostende*, affectu petentis felicem agoniam Tibi, & Tuis. *Confiteor Deo*, cui hodie in templo primùm Christus oblatus. *MARIÆ*, Sacerdoti, *MICHAELI*, & Custodi templi Ierosolymitani. *Baptistæ*, cujus Pater, hujus templi Sacerdos. *PETRO* ascendenti huc ad horam orationis nonam. *PAVLO*, accipienti Epistolas à Pontificibus hujus Ecclesiæ. *Omnibus Sanctis*, Sacerdotibus Veteris testamenti. *Et vobis Fratres*, novi,

Quia peccavi, & *Mea culpa*, dic affectu pœnitendi, facto olim nunc, postea faciendo; à quocunque agonizante. Quo etiam affectu dicatur & *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum. Dominus vobiscum*, Mater recipiens Filium à Simeone, Simeon accipiens in ulnas, contrectans Anna. *Oremus*, Simeon Sacerdos, & Anna. *Kyrie* 2. nomine Simeonis. *Christe*, nomine Annæ, Phanuel, *Kyrie* duo, nomine Tuo, & Tuorum.

Gloria in excelsis, dicatur affectu Beatorum, specialiter gratias agentium, pro dono finalis perseverentiæ. *In Oratione*, petes, ut purificatis mentibus, à reatu culpæ & pænæ, Domino serviamus. *Epistola*, annuntietur Sacerdotibus Ecclesiæ Veteris testamenti. *In Graduali*, legens, quòd puer senem regebat, petes tibi gratiam sancti (si illud habebis) senii. *Evangelium*, annuntietur Sanctis Sacerdotibus Novi testamenti. *Credo* dicatur, affectu resistentiæ, à quocunq; factæ, in agone, contra tentationes circa fidem. *In Offertorio*, petes, ut Beatissima, in cujus labiis gratia diffusa, alloquatur te in tuo agone. *Offer Hostiam*, eo affectu, quo Beatissima Christum hodie obtulit in templo. *Calicem* autem eo affectu, quo affectu quæcunq; oblatio Deo facta, in lege naturæ & scripta, præcipuè affectu Simeonis, hodie Christum offerentis. *Præfatio*, dicatur eo affectu: quo primùm Sancti ingressi in cœlum, gratias agunt, & Deum laudant pro sua salvatione. *Consecratio*, eo animo fiat, quasi velles hic positum Christum, ne eo careat Beatissima, adeoque affectu reddendi illum Beatissimæ. *Elevatio*, specierum Panis, fiat manibus Beatissimæ, & eo affectu, quo illum Beatissima tunc offerebat. *Elevatio Calicis*, fiat manibus Simeonis. *Repositio Hostiæ* & *Calicis*; fiat in sinum MARIÆ, & Simeonis. *Immissio particulæ*, & unà tui fiat, ut sis tutus contra tentationes agoniæ. *Communio* fiat affectu Beatissimæ recipientis à Simeone Christum. vel accipiatur, tanquam principium sanctæ agoniæ. *Placeat*, dicatur, optando tibi & tuis

tuis, felicem agoniam, ad quam sanctè obeundam, tibi & tuis *benedices. Et Verbum Caro factum.* Adora Deum, in illo loco, ubi scit Deus, te moriturum.

AFFECTUS

Ex occasione benedictionis Candelarum.

1. Petes à Domino ignem amoris Dei, nullo mortali peccato extinguibilem, &, ne veniali, fervor charitatis, in te intepescat. 2 Petes flammam doctrinæ, quæ tibi & tuis prosit, & illuminatum animæ oculum. 3. Petes ignem continentiæ, quæ devoret in te flammam concupiscentiæ. 4. Petes ignem amoris, ita ut in ipso agone, possis in amoris Divini actu, mori. 5. Petes donum felicis agoniæ, & donum exactè disponendi te & alios ad mortem, & remotè & proximè. 6. Da mihi Domine felicitatem, sacrum cereum ascensum tenendo, moriendi; sed multò magis, corde amore Tui, incenso. 7. Juvo Domine, tenuitate mea, omnes, qui te hodie, pro sua felici agonia deprecantur, & illis vicissim supplico, ut me juvent, idem à Tua maiestate, deposcentem. 8. Sancti qui sine cereo, ut Martyres, Anachoretæ, & alii, mortui estis, orate pro mea agonia Dominum; sed ut & ij, cum quibus Ritum hunc servari voluit, providentia Dei. 9. Benedic Domine speciali Tua benedictione eos cereos, quorum in agonia fidelium Tuorum, hoc anno præcipuè, erit usus. 10. En cerei prophani & sacri ardent, tuum tantùm alget cor! 11. Benedic Domine invisibili benedictione Tua, cor meum, ut sit candelá, amore IESU, & MARIÆ, ignienda.

AFFECTUS FESTI

1. Purificata Virgo, purifica me, purifica pœnitentes meos, purifica totum mundum. 2. Offero Tibi Deus Trinitas, me & mea & sacro affectu Beatissimæ, offe-

offerentis Iesum in templo, 3. Offero Tibi Domine affectus Iesu, sed tibi offerentis, immolantis. 4. Gratias Tibi Domine ago, pro beneficiis, quæ in hoc Festo, dedisti servis Tuis. Da quibus etiam habetur in vita piæ memoriæ P. Gasparis Druzbicki. Gratias etiam Tibi ago, pro generosis confessionibus: à quocunque, gratiâ Tuâ hoc festo factis. 5. Opta felicitatem, non moriendi, antequam videas Christum Domini, ánte correctionem peccatorum, ô si, non ante definitionem Immaculatæ Conceptionis, Canonizationem Beati Stanislai! 6. Dic affectu Simeonis, canticum ejusdem, planè quasi immoriturus: Nunc dimittis servum Tuum Domine. Vidi enim Te, & vidi, & gustavi toties in Eucharistia. 7. Osculor manus tuas S. Simeon, quæ dignæ inventæ sunt, ut Christum contrectarent. 8. Impetra S. Simeon, Sacerdotibus omnibus, sanctitatem manuum. 9. Si saluti meæ expedit, deduc me Domini in senectam & senium, sin minus, brevia dies meos & utroq; eventu, fac me in sanctitate & justitia esse, coram te. 10. En Simeon senex, vir justus & timoratus ante Te, & ego qualis! ille exspectabat consolationem Israel, me, quid exspectat? 11. Responsum acceperat Simeon à Spiritu Sancto, & quid responsi, à te accipiam Domine? quid est, de quo te, interrogabo, ad salutem? 12. Spiritus Sancte ab Anna Phanuel, diverte ad cor & animam meam, hoc in illis habebis, quod ut habeas, volueris, selectis gratiis tuis. 13. Anna Phanuel non discedebat à templo, & ego non discedone hac hora superveniens, confitebatur Domino, & ego quibus id facio horis? loquebatur de Iesu, omnibus, & ego cui? 14. De gladio tibi prophetizatur, Virgo Mater, utinam ille pertranseat, etiam cor meum. 15. Tam vilis Filius tuus Virgo Mater, ut eum pullis columbarum redimas? dic animæ meæ, quanti illum æstimes. Estné tibi anima mea pretiosus Iesus? 16. Circumspice Domine Iesu hoc templum, hîc certè nasci debuisti.

buisii. circumspice locum, in quo, circiter post 12. annos, inter doctores invenieris. 17. Offero tibi Domine Iesu, impensas Salomonis pro templo hoc, sed & sumptus præparatos à Patre tuo David, & quicquid erogatum, in ejus reparationem. 18. Propter scelus populi tui, corruet, Te prædicente Domine, hoc templum; sed pro hoc uno, quot milliones templorum, exstruet Tibi Christianitas tua? Hæc omnia Tibi nunc Domine mi devoveo. 19? Unà Domine, unà Domine colligo Tibi, omnes victimas, hic immolatas, & eas tibi adventanti, sacro. 20. Time & multum time, ne tibi Iesus positus sit in ruinam. O Domine sis mihi in Resurrectionem.

LITURGIA FESTI ANNUNTIATIONIS BEATISSIMÆ

Habetur Dominicâ Primâ Adventus.

AFFECTUS.

1. Colloca te, cum omnibus tuis devotionibus, in domo Lauretana, vel Nazareth. 2. Oscula, salutationes, dirige ad Beatissimam, jam Deo plenam, jam Deum in utero gestantem. 3. Gratias age Sanctissimæ Trinitati, pro exsecutione decreti Incarnationis, & pro excogitata, honorificata Matri, salutatione, 4. Saluta Verbum, novum carnis in utero Beatissimæ incolam. 5. Gratias age Sancto Gabrieli, pro primo *Ave gratia plena*; & desidera, cultu illius & sensu, semper salutare Beatissimam. 6, Quid tibi offeram hospes exspectatissime, ô Verbum, novum titulum acquirens, quia Verbum Incarnatum? Offero tibi affectus Beatissimæ, Virginis simul & Deiparæ. 7. Offer Sanctissimæ Trinitati, affectum Beatissimæ, ad votum quod habebat Virginitatis, & offer illum, pro istis, qui sunt obligati voto Castitatis, ut illud exacte servent. 8. Mitte me Domine ad Limbum, significabo carceratis illis, jam Te esse Incar-

natum

natum. Ibo in domum Zachariæ, Simeonis, Annæ, nun-
tiabo illis, jam te incarnatum esse. O Domine, vellem
id nuntiatum, Universo infideli & fideli mundo. 9
Innovo gaudia cœli, gratulationes Matri, eique facta
humilitationes à curia cœlesti. 10. Offero tibi Do-
mine mi, primam cogitationem, Dei, Caro facti. 11.
Afficior tibi specialiter tertia Trinitatis Persona, Spi-
ritus Sancte Deus, pro appropriata tibi formatione
Corporis IESU. 12. Suscipe Domine pro omni fal-
mundi, humilitatem Verbi Incarnati, humilitatem Vir-
ginis. 13. Gratias Tibi Domine, pro electione huju
Virginis, in Matrem, pro conjunctione Virginitatis &
Maternitatis, pro donis hoc momento Beatissimæ da-
tis. 14. Gratias Tibi Domine, & tibi ô Beatissima, pro
omnibus beneficiis, sub titulo Annuntiatæ quocunque
impetratis, Sed pro hoc, quia voluisti, transferri ad
nos, domum tuam Lauretanam. 15. Quid dulcia
sapores? hoc quod ori meo sapit, *Ave MARIA* e-
Colligo tibi salutationes factas, faciendas, includendo e-
tiam Theandricas, & totis illis salutationum millioni-
bus, Te saluto unà. 16. Benedico illud momentum,
quo Verbum Incarnatum est, Tu evasisti Mater. 17.
Gratiæ pro tuis beneficiis particularibus, ab annunti-
ta. Casu quo aliquis hoc festo celebrarit Primitias &
meminerit Anniversarii.

LITURGIA VISITATIONIS BEATISSIMÆ.

ADorativum, immoletur Deo, facienti concipi Im-
maculatè, Sanctificanti in utero, confirmanti in gra-
tia. *Gratiarum Activum*, pro talibus beneficiis, cuicun-
que datis, dandis. *Impetrativum*, præcipuè alicui pec-
catori, & tibi, doni, re ipsâ & eventu, confirmation-
in gratia, *Propitiatorium*, pro peccatis impeditivis, hu-
jus gratiæ. *Locus Sacri*, Domus Zachariæ, vel hæc ip-
pars terræ, in qua stetit Beatissima, cantans Magnific-

su um

suum. Vel, locus ille, in quo stetit bajulans IESUM, dum suum sanctificaret Ioannem. quibus locis, & oscula insigantur. *Assistentes*, Zacharias & Elisabeth.

In nomine Patris, affectu Beatissimæ agnoscentis Sanctissimam Trinitatem, & invocantis ad opus, quod illi Deus commisit, in adeunda domo Zachariæ. *Introibo* ad Altare Dei, ut supra, *Iudica me Deus*, & discerne à peccantibus, graviter, dando donum Confirmationis in gratia. *Emitte* lucem, prælucentem confirmatis in gratia. *Confitebor* Tibi in Cythara, felicitatis, confirmatorum in gratia. *Quare tristis* es anima mea? quia hujus felicitatis conscius, securus non sum. *Gloria Patri*, facienti Immaculatè concipi. *Et Filio*, Sacrificanti in utero. *Et Spiritui* Sancto, confirmanti in gratia. quo affectu dicatur *Sanctus*, *Agnus* Dei, *Domine non sum* dignus. *Adjutorium*, *Misereatur*, *Indulgentiam*, & reliqua, dicantur, supra desiderantes confirmari in gratia. *Confiteor Deo*, triplicis illius Sanctitatis Auctori. *Beatæ* Immaculatè conceptæ. *MICHAELI*, in gratia creato. *IOANNI*, Sanctificato. *PETRO* & *PAVLO*, *Omnibus Sanctis*, confirmatis in gratia. *Et vobis Fratres*, sine hoc dono, & tamen aliis gratiis, præcipuè finalis perseverantiæ, salvâti, salvandi. *Mea culpa*, facienti Immaculatè concipi. *Mea culpa*, Sanctificanti. *Mea maxima culpa* Confirmanti in gratia. *Dominus vobiscum*, ô Zacharia, Elisabeth, Ioannes! nomine horum trium, dicatur & *Oremus*, eorum etiam nomine legatur *Introitus*, salutativus Beatissimæ, & prædictivus, quia enitetur puerpera Regem. *Kyrie* 2. nomine Zachariæ, *Christe*, nomine Ioannis. *Kyrie* 2. nomine Elisabeth.

Gloria in excelsis, dicatur alternativè nomine Zachariæ, Elisabeth, Ioannis; præcipuè habita reflexione, ut dicatur *Agnus Dei*, affectu Sancti Ioannis. Vel, *Gloria*, dicatur nomine Sanctificatorum. *Gratias agimus*, nomine Confirmatorum. *Domine Fili*, nomine Salvatorum sine hac confirmatione, quo etiam affectu, & alternatio-

ne, dicatur *Credo. Epistola*, legatur nomine Ioannis, describentis advenientem ad se, & Filium & Matrem. *Munda cor* meum, dicatur nomine Sancti Ioannis, petentis sibi gratiam docendi Reges & populos. *Evangelium*, annuntietur Parentibus eorum qui confirmandi in gratia, eorumque proli; illis, ut hanc gratiam proli desiderent, his, ut eam sibi voveant. *Vel* annuntietur nomine Zachariæ.

Oblatio Panis fiat, & unà actuum Christi, quos elicuit mereri volens gratiam triplicis illius Sanctitatis. *Oblatio* Vini fit, sed & unà affectuum, eorum omnium, qui desiderabant, desiderant, desiderabunt, confirmari in gratia, & habere donum finalis perseverantiæ. *Consecratio:* Sicut ego Domine consecro hanc materiam, ita tu Domine consecra me, consecra omnes, desiderantes donum confirmationis in gratia. *Elevatio*: Eleva te Domine, petens à populo totius Ecclesiæ, ut roget Te, pro me, roget, pro desiderantibus donum confirmationis in gratia. *Repositio Hostiæ*, fiat in corde, desiderantium donum confirmationis in gratia, vel fiat in pectore Ioannis Baptistæ.

Pater noster, simus Tui Filii per Confirmationem in gratia. *Qui es in cælis*, ad quos deduc nos per hoc donum. *Sanctificetur nomen Tuum*, confirmatâ sanctitate. *Adveniat regnum Tuum*, ut non regnet in nobis peccatum. *Fiat voluntas Tua, & in terra*, faciendo per Confirmationis gratiam, ut non secundùm terram & carnem ambulemus. *Panem*, hujus gratiæ, quotidie necessarium, da nobis hodie. *Et dimitte*, peccata impeditiva hujus gratiæ. *Sicut & nos dimittimus*, ut eam mereamur. *Et ne inducas* in tentationem, quæ (Deus avertat) ostendat nos carere hoc dono. *Sed libera nos à malo* incurrendi peccata. *Immissio Particulæ*, fiat affectu deposcentis securitatem à peccatis, & in hoc loco poscentis donum Confirmationis in gratia, & ut saltem inibi ad adventum Domini Eucharisticum exsultes præ gaudio. *Communio*, fiat

affectu

affectu, sumentis fontem, doni Confirmationis in gratia. *Benedictio*, detur omnibus poscentibus hoc donum. *In Evangelio*, specialis reflexio habeatur, ad illa verba: Fuit homo missus à Deo, utpotè significativa gratiæ, datæ Sancto Ioanni, in Festo hoc Visitationis.

AFFECTUS

1, Comitare mente Beatissimam euntem, & passibus illius, decora vias quas fecisti, vel fácies, ad Májorem Deî gloriam. 2. Excita in te fervorem serviendi animabus, quando ob sanctificandum Ioannem, pergit cum festinatione Deipara. 3. Gratulare sanctificationem Sancto Ioanni. 4. Cur Domine non exsultat anima meá, dum recipit te, sicut exsultavit Ioannes? 5. Humilitate Elisabeth, vellem ego etiam salutare Te Deipara Virgo, ut Te salutabat Elisabeth dicens: Unde mihi hoc, ut veniat Mater Domini ad me? Sed quando Tu, ô Virgo Mater, venies ad me? 6. Saltem invisibiliter, fer, Beatissima, Dominum IESUM ad me, ut tandem aliquando sanctificet me. O si vel una Eucharistiæ sumptio hanc mihi felicitatem ferret, sanctificando me sanctificatione externa! 7. Offero tibi Domine labores Beatissimæ, quos obiit in obsequio Elisabeth, illisque decoro charitatem eorum, qui mihi, in meis angustiis, subveniunt. 8. Domine, ad præsentiam IESU & MARIÆ, in die natali Ioannis, solvens os Zachariæ, resolve vincula oris mei, ut tibi ex corde, in omni consolatione & afflictione dicam: Benedictus Dominus Deus. 9. Per secundum modum orandi, dic Magnificat; idque affectu Beatissimæ, 20. Occurro Tibi Domine, in Eucharistia ad me venienti, stupore & humilitate Elisabeth dicens: Unde hoc mihi, ut veniat Dominus meus ad me? 11, Alloquor Domine, hunc, quem Tu nosti, in Ecclesia Catholica, Virum esse maximè Apostolici Spiritus. Per viscera misericordiæ Dei nostri, illuminare his, qui in tenebris sedent.

ADorativum, dicari potest Deo, prout prædestinator, adeoque quos prædestinavit, eos, & vocanti. *Gratiarum Activum*, pro beneficio vocationis, conservationis in Religione, gratiisque datis à Crucibus inflictis. *Impetrativum*, sit Spiritûs proprii hujus Religionis. *Propitiatorium*, pro peccatis in Religione commissis. *Loci Sacri*, sit hic ipse, in quo data tibi gratia efficax, vocationis ad Religionem. cui & oscula infigantur. *Assistentis* Sancti quorum die ingressus es Religionem, v. g. Sancta Martha, cui ad societatem invitanda, Sancta ejus soror Magdalena.

In nomine Patris, affectu deposcentis robur novum ad serviendum Deo in Religione. *Introibo ad Altare D* ut supra. Vel nomine altaris intellige ipsam tuam Religionem. *Iudica me & discerne*, à dimissis ex hac Religione, vel materialiter perseverantibus. *Emitte lucem* quâ illuminasti, ad deserendum mundum, & vanitates ut penetrem quia verè vocasti me. *Confitebor tibi in* Cythara, Sanctitatis hujus Religionis. *Quare tristis es* anima mea, cùm in tam sancta Religione sis? *Gloria Patri* commendanti Societatem, Filio suo: Filio cum Cruce apparenti Sancto Patri: Spiritui Sancto, in linguis igneis à Sancto Patre viso. *Adjutorium*, *Misereatur*, *Indulgentiam &c.* dicatur supra tuos in Religione, ubicumque tandem viventes adhuc socios, præcipuè connovitios. *Confiteor*, dirigatur accommodatè ad tuam Religionem, v. g. accommodatè ad Societatem. *Confiteor* Deo Omnipotenti, apparenti & revelanti mysterium Sanctissimæ Trinitatis, Sancto Patri nostro Ignatio, Manresæ *Beatæ*, quæ apparuit pallio Societatem tegens. *Beato* MICHAELI, unàque Angelis Custodibus Personarum tuæ Religionis. IOANNI *Baptistæ*, ultimo veteris, primo novi testamenti Religioso. PETRO & PAVLO, utque è Societate Deo notis, qui hujus nominis fuerunt *Omnibus Sanctis*, præcipuè meæ Religionis, *Et vobis fratres*

tres, adhuc viventes. Peccavi nimis, eò quòd jam in Religione. *Mea culpa*, affectu Sanctorum Religionis mortuorum. *Mea culpa*, affectu Sanctorum nunc viventium. *Mea maxima culpa*, affectu Sanctorum, qui postea in Religione vivent. quo etiam affectu dicatur: *Sanctus*, *Agnus Dei*; *Domine non sum* dignus. *Dominus vobiscum*, Fratres mei. *Oremus* Fratres mei, *Kyrie* pro viventibus, ante te admissis; Christe pro admissis unà tecum. *Kyrie* pro admissis post te, omnibus, adhuc in hac vita degentibus.

Gloria in excelsis, affectu Sanctorum, è tua Religione salvatorum, quorum etiam nomine præcaberis pacem Fratribus tuæ Religionis. *Credo*, dicatur nomine viventium adhuc, & postea victurorum, præcipuè autem eorum, qui aliquando futuri sunt insigniores Sancti, hujus Religionis. *Præfatio* dicatur è sensu Fratrum tuæ Religionis, pro sua vocatione Deum laudantium, in Purgatorio.

Oblatio Hostiæ, & unà cordium, tuæ Religionis Beatorum. *Oblatio Calicis*, & unà cordium viventium adhuc in Religione, & posteà victurorum *Consecratio:* Sicut ego Domine transsubstantio hanc substantiam, ita tu transforma me in Spiritum huic Religioni proprium. Vel: sicut nihil hìc erit Domine, de panis & vini substantia; ita tu fac Domine, ut nihil sit in corde meo, quod seculum sapiat. *Elevatio* fiat, reddendo Eucharistiam Deo Prædestinatori, ut te in hac Religione salvet. Vel: Tu Domine dedisti mihi Religionem, ego do Te Tibi. *Collocatio Hostiæ* fiat, in corde viatorum tuæ Religionis, præcipuè tuorum Connovitiorum.

Pater noster, agnosce nos Religiosos pro tuis filiis. *Qui es in cœlis*, nos pro te in servitute Religiosa. *Sanctificetur nomen Tuum*, sub quo militamus. *Adveniat Regnum Tuum*, ut clarè appareat, quòd tu habites in nobis. *Fiat voluntas Tua*, ob quam implendam, seculum deseruimus, *Panem nostrum*, providendo servis tuis da. *Et dimitte*,

debita, præcipuè in Religione contracta. *Sicut & nos* dimittimus, confratribus nostris, *Et ne nos inducas* in tentationem, tædii in vita Religiosa. *Sed libera nos à malo*, contemptûs vocationis. *Immissio particulæ*, fiat, & unà cordium eorum, qui tecum ubicunque tandem, eo anno ingressi Religionem. *Communio:* Sumo Te Domine tanquam datorem Spiritus, & gratiæ, propriæ vocationi meæ. Sanguinem autem sumes, ut det tibi Dominus, non solâ materiali perseverantiâ, in Religione, vitam finire. *Benedictionem*, da tuæ Religioni, præcipuè iis, qui tecum ubicunque locorum Religionem ingressi.

AFFECTUS

1. Gratias age Deo Prædestinatori, quôd ex prædestinatione, ut speras, vocârit te Deus ad Religionem. 2. Gratias age manui Divinæ, seligenti, gratias vocationis. Quàm multi illam oblatam deseruerunt, quis fecit ut arriperes? seligens gratias manus! Multi admitti petierunt, non sum admissi! alii admissi, dimissi! & cujus id opus est? manus Domini, tibi benedicentis. 3. Intuitu vocationis, largitur Dominus bona sua naturalia & supernaturalia: pro omni illorum cumulo, gratias age Domino. 4. Expertus es, quàm in multis benedixerit tibi, in Religione, & quidem tam mirabiliter, Dominus, experiris adversa & Cruces, sed mirabiliter Deo contemperatas, gratias age pro hac admirabili mistura. 5. Adora Dominum in illo loco, in quo tibi primùm, data gratia efficax, ingressus in Religionem. Item in loco, in quo vestem Religiosam assumpsisti, vita & professionem fecisti. Loco item in quo moriturus es Religiosè, ad Societatem (ut speras) Civium supernorum deducendus. 6. Gratias age Sancto Religionis Fundatori, quòd te inter suos adlegerit. Gratias item age Fratribus tuis in Religione, sive in cœlo triumphan-

umphantibus, sive hic viventibus, quòd te ad suam fraternitatem admiserint. 7. Gratias age, in conspectu Dei iis, qui tuæ vocationi cooperati sunt, promovendo, recipiendo, instituendo &c. 8. Fiat sicut mare magna contritio tua, pro omnibus peccatis, quæ in Religione commisisti, cum firmo proposito, sanctiùs in posterùm vivendi, districtiùs vota observandi, accuratiùs, secundùm Spiritum Religionis istius, vivendi. 9. Innova omnes actiones bonas, quas Dei gratiâ fortè obiisti, offer & cruces. 10. O quantum jam, cum gratia Dei, potuisses mereri! non meritus culpâ tuâ: fac aliquid nunc in supplementum tanti damni, sed eâ cordis latitudine, quæ adæquet multitudinem omissionum, & commissionum tuarum. 11. Condole omnibus, qui gratiam similis vocationis non arripuerunt, arreptam deseruerunt, non desertam corpore, moribus confuderunt. 12. Collætare, si forte quos jam habeas in cælo, qui unà tecum, ubicunque tandem Religionem ingressi, jam in cœlo degent. 13. Pete à Domino, ut cùm tu dignè locum in Religione non occupes, vocet Dominus alios, meliùs, suæ majestati, servituros. 14. Pervide, in quo te in Religione corrigere debeas. 15. Pete à Sanctissima Trinitate, Domino Iesu Crucifixo, Beatissima, Sancto Religionis tuæ Patriarcha, ut tibi pro residuo vitæ Religiosæ benedicant, ad hoc adscisces tibi Patronum, unum è Sanctis, tuæ Religionis.

LITVRGIA IN FESTO SANCTI PATRIS NOSTRI IGNATII

Hæc Liturgia, paucis exceptis potest accommodari à quocunque Religioso, pro festivitate Sancti sui Patriarchæ, præcipuè supplendo ex iis, quæ dicta sunt, circa Festum Ingressus in Religionem.

ADorativum, offeratur Deo, in quantum magis & magis glorificabilis. *Gratiarum activum*, pro beneficiis

datis Sancto Patri nostro, & aliis propter Sanctum Patrem. *Impetrativum*, gloriæ accidentalis Sancto Patri & Sanctis Societatis. *Propitiatorium*, pro peccatis, à quocunque in hac Religione commissis. *Locus Sacrificii*, Sepulchrum ejusdem vel cubiculum in quo mansit, vel cor ejusdem, amore majoris gloriæ Dei æstuans. *Assistentes* Sanctus Pater, & Angelus Custos ejusdem, aut Angelus Custos, Societati præpositus,

In nomine Patris, ut in die ingressus in Religionem. *Vel*: In nomine Patris commendantis S. Patrem Filio suo & *Filij* promittentis, se futurum, propitium Romæ & *Spiritus* Sancti in linguis igneis apparentis S. Patri quo affectu dicatur etiam Gloria Patri &c. *Introibo*, in die ingressûs, vel certe, magis accommodatè ad S. Patrem. *Introibo ad Altare Dei*, Cor Sancti Patris ignescens in communionibus ita & ut facies, cancri rubentis colorem indueret. *Iudica me Dus*, sub privilegio dato primùm Ordini Sancti Benedicti. *Emitte lucem* Tuam, linguarum ignearum. *Confitebor tibi in Cythara* persecutionum hujus Religionis: *Quare tristis es anima mea*? quia non vivo secundùm spiritum Religionis hujus. *Confiteor Deo* Omnipotenti, eligenti Sanctum Patrem, ad fundandam hanc Religionem. *Beatæ* approbanti ejus constitutiones. *MICHAELI*, & Angelo Custodi ejusdem S. Patris, aut præsidi Societatis. *IOANNI Baptistæ*, cujus eremum Sanctus Pater invisit, vitam sub initium conversionis expressit. *PETRO*, sananti S. Patrem. *PAVLO* cujus peregrinationes & labores prædicandi, imitatur Religio hæc. *Omnibus Sanctis*, præcipuè salutis operâ tuæ Religionis. *Et vobis Fratres*, incipiendo à te Sancte Pater noster. *Mea culpa*, *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum dignus*, ut in die ingressûs; sicut & *Adjutorium*, *Misereatur &c*. *Dominus vobiscum*, Fratres meæ Religionis, cum comprehensoribus per visionem, cum viatoribus per gratiam, & benedictionem. *Oremus*, Societas triumphans & militans. *Aufer*, dic affectu

tentis

tentis omnibus nostris, gratiam sancti Sacerdotii, qui ad illud promovendi sunt. ad ly: *Indulgere digneris*, pete indulgentiam plenariam, in Festo S. Patris, *Kyrie* 2. affectu eorum qui ante nos in hac Religione vixerunt, *Christe*, nomine eorum, qui vivunt. *Kyrie* 2. nomine eorum, qui postea victuri sunt.

Gloria in excelsis, affectu S. Patris, toties repetentis: Ad Majorem Dei gloriam. *Et in terra pax*, affectu Sancti hujus militis. Reliqua dicantur, optando eos affectus, & induendo, quos habebat Sanctus Pater, dum Gloria in in excelsis diceret. *In Collecta*, dicendo, *Ad majorem nominis* Tui, innova Domino, & accumula, omnes illas vices, quibus ingeminavit S. Pater: Ad Majorem Dei gloriam. ad ly: *Certantes, in terris*, nomine totius Religionis, offer eandem, ad certandum & laborandum pro Deo. *Epistola* legatur, nomine Confessorum Societatis. Ad *Munda cor meum*, pete tibi & Societati, gratiam evangelizandi, concionandi, docendi. *Evangelium*, legatur nomine eorum, qui laborarunt, ex tua Religione, circa Evangelium, & Martyres mortui non sunt. *Credo*, dicatur nomine Martyrum, re & voto, ex tua Religione. itemq; nomine Doctorum.

Oblatio Panis, fiat & unà cordis Sancti Patris, simulque cordium Sanctorum Religionis, Confessorum, praeteritorum, praesentium, futurorum. *Oblatio* autem Vini, fiat & unà cum cordibus Martyrum praeteritorum, item, si fortè nunc aliquis Martyrium patitur, vel postea passurus, inter quae corda repone cor S. Francisci Xaverii, voto Martyris. *Praefatio* dicatur, nomine eorum, qui ex quo ingressus es Societatem & nunc laborant in promulgando Evangelio, occasionique subeundi Martyrii erant, & sunt intenti. Ad illa autem verba: *Sursum Corda*, elice actum S. Patris dicentis: *Sordet te rra*, & ad illa verba: *Pleni sunt caeli*, offer Domino, congeminatas vices à Sancto Patre, dicendi: Ad Majorem Dei gloriam. Quod etiam fac ad illa verba: *Omnis ho-*

nor & gloria. Ubi in Canone mentio fiet Pontificis, subde illi Societatem speciali voto adstrictam.

Consecratio, fiat eo animo, quo usquam à Sancto Patre facta. Vel: Ego transsubstantio Domine Panem & Vinum, transsubstantia Domine totam vitam meam, & omnium nostrûm, Ad Majorem tuam gloriam. Vel: Consecro Te Domine, innovando consecrationes, à quicunque Sacerdote Religionis meæ factas. *Elevo Te* Domine ad Majorem, ad Majorem Dei gloriam. Vel: Innovo Tibi Domine, actus S. Patris, præsentiam tuam realem in Sacramento elevato, olim videntis, in cujus corde, omniumque ejus filiorum, hostiam repone.

Pater noster, qui te nobis propitium Romæ fore promisisti. *Qui es in cælis*, quos aspiciendo clamabat S. Pater: Sordet terra. *Sanctificetur nomen Tuum*, à quo nominamur. *Adveniat regnum Tuum*, cui propagando in terra, vi instituti servimus. *Fiat voluntas Tua*, fac propositum obediendi, cùm Religionis nostræ characteristica sit, Obedientia. *Panem nostrum quotidianum*, quotidie celebrantibus, da nobis hodie. *Et dimitte nobis debita nostra*, qui nos vocâsti, ut Sancti tui simus. *Dimittimus debitoribus*, inaffectis Societati. *Et ne nos inducas in tentationem*, contra vocationem. *Sed libera nos à malo* dimissionis. *Communio*, sumatur ore omnium Sanctorum Confessorum tuæ Religionis; vel, ore S. Patris, ad communionem facie ignitâ, accedentis. Calicem autem sume, ore Sanctorum Martyrum. desiderio ingenerando sanguinem Martyrii, in Religione, & ne usquam in illa deficiat desiderium Martyrii: *Benedictio detur*, Fratribus tuæ Religionis, & desiderantibus illam ingredi

AFFECTUS.

I. Cogita tibi dari optionem, cujusnam Sanctorum velis nomen invocari supra te, & tenero affectu (quem unusquisque Religiosus suo Sancto Patriarchæ debet) elige

elige tibi Sanctum Patrem: exclamaque coram cœlo & terra, quòd filius ejus sis, velis esse ad mortem, velis esse per æternitatem. 2. De novo reingredere Societatem, eiq; te in Filium addicas, in servum mancipes. 3. Dole, quòd Religionem S. Patris, vitâ tuâ conspurces, offerque ad hoc abolendum, dolores pro peccatis, factos à Sanctis Societatis 4. Deprecare S. Patrem, quòd non serves Regulas ab illo præscriptas. 5. Accede ad Societatem triumphantem, pete ab illa, ut te, pro suo Confratre agnoscat, vel potius, pro mancipio admittat. 6. Flevit S. Pater Religionis Regulas scribens, si viveret, an non fleret supra vitam tuam? 7. Saluta pro me, ama, reverere, Societas cœlestis, Sanctum Patrem; quomodo enim ego auderem comparere ante illum? 8. Adduco tibi S. Pater noster, totam Religionem viventium tuorum Sociorum, petoque à te, benedic nobis, qui tua in morte (pro tua humilitate) nullam nobis benedictionem impertiisti, de cœlo eandem imperiturus. 9. Quære ex S. Patre: Estne illi tibi Pater? est, si tu illi Filius! 10. Deprecare Patrem æternum, ut commendet Societatem Filio suo, pete à Filio, ut nobis sit Romæ, & ubiq; propitius; à Spiritu Sancto, ut in linguis igneis descendat in Societatem, & te. 11. Pete à Beatissima, ut suum pallium extendat super nos, & te. 12. Offero Tibi Domine & innovo, quidquid hæc Religio boni fecit, passa pro te est. 13. Auge nobis Domine amorem tui nominis, sitim majoris gloriæ tuæ, fac nos & numero, & merito augeri, tuisque sanctis repleri, in ordine ad doctrinam & Sanctitatem, benedictionibus. 14. Amo Domine Societatem cœlestem, auge illi Domine gloriam accidentalem. Amo Societatem in terra degentem, auge nobis Domine Spiritum huic Religioni proprium. 15. Characteristica Societatis Obedientia est, discernitne te, per hunc characterem, Sanctus Pater? 16. Saluto specialiter Sanctos Angelos tutelares triumphantis & militantis Societatis. In particulari Angelum præsidem Re-

ligionis, illi, & illis, supplico, ut continuent, sua in nos beneficia. 17. Gratias tibi ago Domine, pro vocatis ad Societatem, supplico pro vocandis. 18. O quàm Domine vellem, obstruere portam Religionis, ne ullus egrediatur, sed ita, ut omnes sanctè vivant. 19. Supplico Tibi Domine, pro omnibus tentatis de vocatione, supplico pro nostris in purgatorio existentibus. 20. Supplico Tibi Domine, pro omnibus, qui operâ nostrâ usi sunt in negotio salutis, vivis, & defunctis, si egent suffragio, pro iis item qui utuntur, & utentur eadem. 21. Insere te Societati triumphanti, & à Sanctis Confessoribus ejus, Martyribus, Apostolicis Operariis, laboriosis ad mortem dispositoribus, Doctoribus, Concionatoribus, Confessariis, pete, ut illorum interventu apud Deum, gratiæ illis datæ, in Societate non deficiant. 22. Præsenta tuam specialiter Provinciam, pete, ut illi benedicat Dominus, Beatissima, S. Pater. 23. Insculpe corpori & animæ tuæ, cogitationibus, verbis, & operibus: Ad Majorem Dei gloriam. 24. Innovo tibi Sancte Pater, omnes amores & cultus, tibi à nostris & sæcularibus exhibitos. 25. Gratias age Deo, Beatissimæ S. Patri, pro fundata, conservata, augmentatá Societate pete, ut Dominus in illa, sua beneficia tueatur. 26. Innovo Tibi Domine ingeminationes S. Patris: Ad Majorem Dei gloriam. item: Sordet terra. item: æstus in Sacro, lacrymas in officio: desiderium vivendi, ob bonum animarum, etiam cum incertitudine, propriæ salutis. Conclude hæc omnia oratione illâ emphatica *Deus qui ad Majorem.*

LITURGIA FESTI *ASSUMPTIONIS BEATISSIMÆ.*

ADorativum, impendatur Deo, in quantùm glorificatori Beatissimæ. *Gratiarum activum*, pro hac ejus exaltatione, & omnibus ejus circumstantiis. *Impetrativum*, ut

ut eo jubilo accidentalis gloriæ, repleatur hodie cor Beatissimæ, quo repletum est, in ipso Assumptionis suæ die. *Propitiatorium*, pro iis, quos male habet cultus, Beatissimæ in Ecclesia. *Locus sacrificii*, hic ipse, ubi Beatissima mortua, vel, sanctum ejus Sepulchrum, è quo in cœlum assumpta, vel, locus ejus existentiæ in cœlo, quibus & oscula infigantur. *Assistentes*, Sancti Angeli deducentes Beatissimam, vel Apostoli circumstantes agonizantem.

In nomine Patris, &c. tanquam Glorificatoris Beatissimæ. *Introibo ad altare Dei*, ut supra. *Iudica*, & discerne, jam enim Mater Dei in cœlum migravit, ut pro nobis fiducialiùs intercedat. *Emitte lucem Tuam*, quam nobis exposcat à te, Stella Matutina. *Confitebor Tibi*, in Cythara, cœlestis exultationis, in Assumptione Beatissimæ, *Quare tristis es* anima mea? Quia Beatissima mortua, dignus non fui, ut illam viderem! *Adjutorium, Misereatur, Indulgentiam*, &c. dirigatur ad devotos Beatissimæ assumptæ. *Confiteor Deo*, Glorificatori Beatissimæ. *Beatæ*, in cœlum assumptæ. *MICHAELI, IOANNI*, ut puto occurrentibus. *PETRO & PAVLO*, Filii ejus Apostolis. *Omnibus Sanctis*, qui eam in hac vita viderunt. *Et vobis fratres*, qui nonnisi illam in cœlo vidistis. *Mea culpa*, nomine Sanctorum è limbo in cœlum deductorum à Christo, & pro suis peccatis dolentium in hac vita. *Mea culpa*, nomine Apostolorum, & eorum, qui eam in hac vita viderunt. *Mea maxima culpa*, nomine eorum & affectu, qui eam nonnisi in cœlo viderunt.

Dominus vobiscum, sit specialiter, jam enim à nobis abiit Domini Mater. *Oremus*, cum illa, assumpta in cœlum. *Introitus*, dicatur excitando Ecclesiam triumphantem, & militantem ad lætitiam. *Kyrie* 2. ad pedes. *Christe*, ad cor. *Kyrie* 2. ad manus Beatissimæ; advolutusque v. g. pedibus Beatissimæ, ad hunc Refugii locum, misericordiam Dei implorabis. *Gloria dicatur*, affectu Beatissimæ, jam in cœlo Deum videntis, & pro mundo deprecan-

cantis. Vel, dicatur affectu Sanctorum, qui in cœlo tun
fuerunt, quando ad illud deducta Beatissima. *In Collecta,*
pete, ut salveris, etiam hoc titulo, ut possis in cœlo, Be
atissimam videre. *Epistola,* legatur affectu eorum, qui
norant Beatissimam. *In benedictione,* pete, ut ob amo
rem Beatissimæ, Dominus sit in corde & labiis tuis
Evangelium, annuntietur Doctoribus, & Sanctis Conci
natoribus, supra hoc Evangelium scribentibus, perora
tibus, ut norint, aliud hic dici, aliud significari. *Credo di*
catur, affectu eorum, qui in hac vita non norant Beati
simam, & tamen eam amabant. In mysteriis *Credo,* co
cernentibus Beatissimam, indue ejusdem affectus. v.
in Nativitate Domini, salutationis affectus, in Passion
compassionis; & ad illa verba: *Ex MARIA,* Virgin
profitere Virginitatem ejus ante partum, in partu, po
partum.

Oblatio Panis fiat, & unà cordium, eorum Sanctorum
qui norant in carne Beatissimam. *Oblationi* autem Vi
addantur corda eorum Sanctorum, qui non norant Be
tissimam in carne. *Præfatio* dicatur eo sensu, quasi a
dires exsultationem Curiæ cœlestis, præfatione expr
sam, in die Assumptionis Beatissimæ. *Sanctus, Agnus D*
Domine non sum dignus, dicatur nomine Apostolorum.
Nomine Sanctorum, qui norant Beatissimam in carne.
Nomine Sanctorum qui non norant. *Consecratio:* Po
te hic Domine Sacramentaliter, in solatium, & suffra
um militantis Ecclesiæ, à qua, abiis Beatissima. *Ele*
tio: Elevo te Domine, quia elevasti Matrem tuam, u
super sidera. Vel: Do te tibi Domine, redde Miseric
Matrem tuam nobis. Vel: Domine IESU, elevo te, &
benter deductum vellem, usq; ad sinum Matris, in q
etiam, collocetur Sacramentum. *Immissio Particulæ,*
unì cordis tui, in Cor Beatissimæ, in cœlum Assump
ut secum illud ferat, offeratque à te, Filio suo. *Comm*
nio: Sumo te Domine, affectu, quo te ultimò sumpsit
Sacramento Mater. Vel: Quis magis amat Beatissima
præpos

præ te Domine Iesu? ut amorem tui & Matris tuæ ingeneres mihi Domine, ſumo te miſer peccator. Vel: Dum tua moritur Mater, Domine Iesu, mori vellem & tanquam Viaticum, nunc ſumo te. *Placeat* tibi, dicendo, pete, ut etiam placeat, ob amorem & interceſſionem Beatiſſimæ. *Benedictio* detur iis, qui in præſenti Eccleſia ſpecialiùs Beatiſſimam amant, & reverentiùs habent myſterium Aſſumptionis. *Evangelium* legatur, affectu Beatiſſimæ, in hac vita, per fidem, in altera per viſionem profitentis articulos inibi contentos, habita reflexione, quòd Verbum Caro factum ſit ex Beatiſſima.

AFFECTUS

1. Præcipita te, ex affectu ſummæ triſtitiæ, quòd Beatiſſima ſua præſentiâ ſpoliet mundum, in affectum ſummæ lætitiæ, quòd tranſeat ad Filium. 2. Innovo tibi Domine Iesu, lætitias etiam ſenſibiles, quas habuiſti in adventu Matris, ſed & tibi Mater, quas habuiſti, in occurſu Filii. 3. Vellem Domine perſentire affectus triſtitiæ & devotionis, quos habuerunt Apoſtoli, ad Matris tuæ agoniam & mortem. Valedico tibi Beatiſſima, valedictionibus eorum, recommendo me tibi, recommendationibus eorum, quibus tibi Eccleſiam, ſe, à ſe converſos, ſpecialiter commendabant, repetoque tibi ea verba, quæ petebant nomine ſuo, à te, Domino Iesu dici. 4. O quis mihi daret perſentire illam Muſicam cæleſtem, tibi Beatiſſima plaudentem, ut vel hoc medio, ad Dei, & tui amorem, frigus cordis mei inflammem! 5. Oſculor Domine locum agoniæ Beatiſſimæ, per ejus agoniam, da mihi Domine agoniam felicem. 6. Præſenta animæ tuæ, Proceſſionem, occurrentem Beatiſſimæ, quæ nunquam alias talis fuit, quia nec ipſi Chriſto, aſcendenti in cœlum, occurrit Chriſtus, occurrit, ut putamus, Beatiſſimæ. Et qualem occurſum ego in agonia mea, & poſt agoniam, exſpectabo! 7. Gaudeamus omnes in

Domi-

Domino, diem festum celebrantes, in honore Beatissimæ. Gaudete Cælestes, ob ejus vobiscum convictum, gaudeamus nos in terris, ob tantam, Matris & Dominæ nostræ, gloriam. 8. Annuntio & vobis, animæ in Purgatorio relictæ, Virgineæ Assumptionis lætitiam. O si vos juvare possem, ut in die memoriali Assumptionis Beatissimæ, vos etiam in cœlo salutare illam possitis. 9. Infelices damnati, ii, qui cœpistis Beatissimæ servire, desiistis servire, alias gavisi fuissetis de Assumptione Beatissimæ, de qua gaudent Angeli, & homines in cœlo degentes, & utriq; collaudant Filium Dei. 10. Christus ascendens in altum, captivam duxit captivitatem: duc & nos Beatissima, pro tuis in cœlum captivis, duc & captivitatem, resurgentium ex mortali, in hac sacra solennitate. 11. Innovo tibi Beatissima, vota S. Patris, & Sociorum ejus, hoc festo primùm facta, sint tibi grata hæc incunabula, renova in nos illorum posteros, tuas benedictiones. 12. Innovo tibi Beatissima Assumptæ vota quorumcunq; Regum pro suis Regnis, hoc aut alio die, ad Te facta, innovo & votum Ioannis Casimiri pro Polonia, tot nominibus tua. 13. Nec cogitare scio aut audeo, de illis sensibus, quibus te salutavit Filius tuus, tu eundem resalutasti? gratias ago Filio tuo, pro amore & honore, quem tibi impendit. 14. Et quid primum Beatissima in cœlum recepta à Filio suo petiit? indubie benedictionem Ecclesiæ. Occurrine ego tunc menti tuæ Beatissima? si occurri, eventus id ostendat, ut sanctificer Filio tuo & Tibi; si non occurri, occurram obsecro nunc, inclamoque cum Latrone: Memento mei, quando venisti in Regnum tuum. 15. Gratulare Ecclesiæ triumphanti, augmentum gloriæ accidentalis, quod habuit ob Beatissimæ præsentiam. 16. Nunquid Beatissima Virgo, si hucusque vixisses, nescivissemus, noluissemus honorare te? en hanc felicitatem non habemus! Supple nobis obsecro & remunera, defectum subtractæ nobis, præsentiæ tuæ. 17. Abiens Dominus IESUS dixit

quò

quod non esset suos Orphanos relicturus, sed quòd esset missurus promissum Spiritum Sanctum. Tunc nos relinques orphanos? Et quid nobis mittes abiens, quod promissum nobis relinquis? 18. O Beatissima exaltata in cœlos, ita sublimis es, ut jam ne ad pedes quidem tuos accedere possim, præoccupant illos Sancti, Filii tui. felicior erat Draco, cujus caput contrivisti. 19. Jam conticesco Beatissima, quia nihil tibi par loqui, etiam corde meo, possum. hæc duo maxima conjungo & ingemino: Deipara Virgo. Virgo Deipara.

LITVRGIA FESTI NATIVITATIS BEATISSIMÆ.

ADorativum, dicetur Deo, in quantùm est Vita, dans vitam Beatissimæ. *Gratiarum activum*, pro dono vitæ, dato Beatissimæ. *Impetrativum*, ut faciat Dominus, quàm citissime nasci, eos, qui singulariùs sunt se impensuri, cultui Beatissimæ. *Propitiatorium*, quòd non exsolvamus obligationem, ad colendam Beatissimam. *Altare*, Cunæ Beatissimæ, vel, cor ejusdem, jam Deo plenum, cui & oscula infigantur. *Assistentes*, Sanctus Ioachim & Anna.

In nomine Patris, &c. cui Trinitati, jam vivum templum natum est. *Introibo ad Altare Dei*, cunas, cor MARIÆ. *Iudica* me Deus, sed sub privilegio, quia ego sum servus Beatissimæ. *Emitte lucem*, similium illustrationum, quibus illustrasti Beatissimam, venientem in hunc mundum. *Confitebor* tibi in Cythara, exsultationis Ecclesiæ, de Nativitate Beatissimæ. *Gloria Patri*, cujus Beatissima est Filia, & Filio, cujus est Mater, & Spritui Sancto, cujus est Sponsa. *Adjutorium*, sicut & *Misereatur, Indulgentiam*, &c. dicatur supra devotos ad Beatissimam. *Confiteor Deo*, danti vitam Beatissimæ. *BEATÆ*, jam natæ. *MICHAELI*, fortè jam tunc conscio quis natus? *IOANNI*, noscenti eam, dum adhuc existeret in utero

utero Matris. Sanctis Apostolis, veneraturis eandem *Omnibus Sanctis, & vobis fratres*, in quantum servi est Beatissimæ. *Mea culpa*, ne contristem Deum, exhil ratum, Nativitate Beatissimæ. *Dominus vobiscum*, qu per fidem & amorem, jam est in corde Beatissimæ. (*remus*, cum Beatissima, jam orante. *Kyrie* 2. nomin eorum, qui ope Beatissimæ, ex gravissimis habitib eruti. *Christe*, nomine eorum, qui ope Beatissimæ, peccatis præservati. *Kyrie* 2. nomine eorum; qui o Beatissimæ, in ipso agone, ad gratiam Dei redierunt quorum etiam sensu, dicatur: *Sanctus, Agnus Dei, Dom ne* non sum dignus.

Gloria in excelsis, dicatur nomine Beatissimæ, licet cunis, jam tamen Deum laudantis, benedicentis, adora tis &c. *Epistola*, legatur Christianis ex Gentibus. *Eva gelium*, Christianis ex Circumcisione. *Credo*, dicat affectu Beatissimæ, profitentis hic in via fidem. *Obla Panis fiat*, & unà omnium exsultationum Spiritus M RIÆ. *Oblatio Calicis fiat*, cum oblatione amaritudini Beatissimæ in hac vita. *Præfatio* dicatur nomine Bea rum, dum, primùm in cœlum ingressi, post adorat Sanctissimam Trinitatem, & Dominum Iesum, vener tur Beatissimam.

Consecratio: Vives Domine sub speciebus Sacrament ter, in gratiarum actionem, quia tu dedisti vitam Beati mæ. *Elevatio*: Do te tibi Domine, quia tu dedisti vi MARIÆ. Vel: Elevo te Domine, sed & exalto, illis exal tionibus, quibus exaltatus es à Beatissima, in terris, & in cœlis. *Repositio Hostiæ*, in corde Beatissimæ. Pa noster habetur alibi. *Communio*: Sumo te Domine, pretiosior evadam, adeoq; dignior, quem Beatissima suo servo, statim à sua Nativitate, acceptet. Vel: habeo meos affectus te dignos, & si haberem, transir potiùs in eos, quos jam tunc magnos, licet parvula, Deum habuit Beatissima, iisq; affectibus te veneran sumo. Vel: Si tibi Beatissima, adhuc in Cunis existe

obt

obtigisset felicitas sumendi Eucharistiam, quanto id amoris æstu fecisses? eo nunc ego, volo te suscipere Domine. *Benedictio*, detur devotis Beatissimæ, præcipuè in hoc Festo. Reliqua ex aliis Liturgiis de Beatissima suppleantur.

AFFECTUS

1. Gratulare toti universo hanc Nativitatem, quà, extra Nativitatem Christi, nulla mundo utilior exstitit. 2. Annuntia hanc Nativitatem Patribus limbi: Iam Virgo nata, Deum paritura. 3. Gratulare, Filiam talem, Ioachim & Annæ. 4 Si Ioannes Baptista, adhuc in utero existens, habuit usum rationis, & ex ejus usu, exsultavit infans in utero, multò magis id dicendum de Beatissima, & quidem jam nata: offer ergo Deo, affectus illius, in Nativitate, ab eadem elicitos. 5. Adhuc ita parvula est, & jam ita in gratia Dei adulta, & si in primo usu rationis, habuit copiosiorem gratiam Dei, præ quocunque Confessore, vel Martyre in particulari sumpto, ô quot jam Confessores & Martyres superabat, in periodo suæ Nativitatis. Venerare ergo, jam maturam, vix natæ Virginis, sanctitatem. 6. Addic te ejus servitio, ex quo jam Concepta, multò magis, ex quo Nata est, ita ut ab incunabulis ejusdem, statim sis servus illius, illigatus ejus obsequio, usq; ad diem Coronationis ejus in cœlo, usq; in magnum diem æternitatis. 7. Dum à somno excitaberis, dum hora, vel quadrans sonabit, dum instinctum habebis, saluta Beatissimam natam; nescis enim certò, qua parte diei vel noctis, in lucem prodierit, ut ita, vel casu incidas, in illud tempus, venereriśque illud, quali quali oratione tua, quo illa Nata. 8. Tu quidem ô Verbum æternum omnia nosti, impleo tamen & ego partes fidelis servi, deferoq; tibi, hoc, quod mihi novum, tibi ab æterno vulgatum est: instare tempus Incarnationis, & humiliationum tuarum in carne, jam Tibi nata Mater. 9.

Accede ad cunas Beatissimæ, genu flecte, imò prosterne te ad illas, salutaque recens natam, cum desiderio, anticipatè promendi ea salutationis verba, quæ prompturu est in ejus Annuntiatione Angelus; dic ergo ad ejus auriculam susurrando: Ave gratia plena. 10. Impetra mihi Beatissima, nam te, nihil negans tibi, cœlum hono rat, ut ego sim in carne Angelus, & ego tibi cantabo Gloria in excelsis Deo; quod in Nativitate Domini cantarunt Angeli, non cantarunt in Tua; mihi hoc obsequi genus, fortè relinquendo. 11. Offer Beatissimæ Nata & illiga, Xenium aliquod, cor v. g. tuum, hanc, quæ premit, afflictionem. 12. Pete à Beatissima recens Nata, ut infantili se animo gerat, pretiosaque animæ sua largiter tibi offerat. 13. Dic per tertium modum ora di antiphonam Ecclesiasticam: Nativitas tua Dei gen trix Virgo &c. Poteris hoc die celebrare, etiam Festu primæ tuæ Communionis, hoc est, Nativitatis Sacram talis in te, quam, scisne, quo die primùm sumpseris? id oque, iis te affectibus compara ad eandem, quasi nu quam antè communicasses, quos ipsos actus offer, in s plementum, rudis tuæ primæ communionis.

LITURGIA FESTI S. FRANCISCI BORGIÆ.

Transcribo hic Liturgiam, secundum quod illam composuit Sanctus, & habetur, Historiæ Societatis. Tom: 3. Lib: 8. à Num: 154.

ANtequam ad Sacras vestes adiret, memoria repete tum Sacerdotibus, ad Altare olim Mosaicum acce ris, interdictum vini gustum, tum prælotos à Domi Sacrosancta Mysteria instituturo, Discipulorum pe seque & seculi curis ebrium, & non vestigia tantum, & manus, & caput sordidum habere recognoscens; p ter Pœnitentiæ Sacramentum, lacrymis diluere curar merum, & in acetum vertere, iisdem sordes & culpas luer

luere conabatur: confusionem interea, timorem, caritatem, & affectus alios, ex infinita magnitudine, & Majestate immensa Mysterii suscitans. Dum verò sacras vestes indueret; velut lupum se in vestimentis ovium intuebatur: & Dœmones, suorum scelerum conscios, audire videbatur, per irrisum exprobrantes: En Saul inter Prophetas: Ecce Adam, quasi unus ex nobis. Tum singula Sacri cultus Ornamenta pretiosa, ac mollia, cum contumelioso Christi amiculo, catenis & Cruce, comparabat: & cogitans quæ ex vestimentis ejusdem virtus exiret; induere animum studebat, hujus Sanctæ Mulieris, quæ secum ajebat: Si tetigero tantùm fimbriam vestimenti ejus, salva ero. Sub hæc, submissis ex pudore, ac pavore luminibus, ad Altare procedens, veterem sibi illam, ac severissimam subjiciebat comminationem. *Exod.* 29. Omnis qui tetigerit montem, morte morietur. &: Sacerdotes autem, & populus, ne transeant terminos, nec ascendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. Inter Sacrum, mirabatur, esse sibi homuncioni nequissimo, & exuli, cantanda cantica Domini, in terra aliena, & Cantica Angelorum, & eorum, qui Agnum sequuntur, quocunque eat: à quibus quantum se dignitate ac munditia distare sentiebat; tam illa ori suo Carmina parum consentanea fatebatur.

Erubescebat quoque, agendas in Oratione, Sequestri partes, inter Deum, & populum, homini, qui per tot inventa perdere animas consuevisset: legendum divinæ lumen Sapientiæ, Sessori Cathedræ pestilentiæ: promulgandum Evangelium, veterano, per facta atq; exempla, Evangelii impugnatori. Sed ultra modum, verecundia & confusione operiebatur, Oblationem apparans, secum versans, quidnam animi gereret, qui unicum, & percarum Patri Filium, quem idem crudelissimè enecasset, accederet oblaturus. Rogabat igitur submississimè Patrem Cœlestem, ut id abs se officii ne respueret: & gratias agebat immensas, quòd pro inexsuperabili sua benignita-

te, nequaquam respueret. Jam vero Consecrationis mi-
rificæ, summo appetente opere, totus commovebatur,
& cohorrescebat, tanquam audiret etiam num intonan-
tem Dominum: Ecce appropinquat hora, & filius ho-
minis tradetur, in manus peccatorum: se illum esse sce-
leratorum deterrimum interpretans, cujus jam jam tra-
dendus in manus, Filius hominis, & Filius Dei esset,
quam cogitationem, ita acrem, potentemque in sese ex-
periebatur; ut nimium censeret durum, qui ad eam non
emollesceret.

Verum enimvero, prorsus est inenarrabile, quàm pii
permisceretur sensibus, quamque variam, atque multi-
plicem adhiberet venerationem in Hostiæ Sacrosanctæ
contactu. Hac proprie causa, Sanctissimos viros, Sime-
onem, ac Iosephum, & ipsam præcipuè Deiparam, quo-
rum sinum, & ulnas Christi beavit infantia, ut optim
gnaros expertosque, debitorum ipsi obsequiorum, tan-
quam Magistros assumebat, & cœlestis Urbanitatis præ-
itores: enixissimè rogans, ut celsissimum Ministerium
quemadmodum ipsi gessissent, ita sibi impetrarent gere-
re, simulque interim animo sentire, quod ipsi senseran
Nunc horrore perfundebatur, admirans, non percelli se
ut quondam manu ad Arcam porrecta Ozam, tenuet
hujus mysterij adumbrationem. Nunc dulcissimè con-
firmabatur differens, cum se Agnus in lupi traderet po-
testatem, quidni se lupus agno permitteret? Toties
in manus Dei se offerebat, quoties sumeret illum in sua
Aliàs, ad singulos attactus, singulas Cruces, quas quinq
sibi acutè distinxerat, precabatur: vel ut sentiret dolo-
res, quos in Calvario primùm Ioannes, deinde Magdale-
na, tum mæstissima Parens, postremò ipse Dominus s
stulisset. Aliàs optabat iis affectibus commoveri, q
Deiparam subierunt, cum Filium in præsepi, cùm in Ci
cumcisione, cùm in Oblatione ad Templum, cùm d
mùm in Calvario, sinu, & ulnis excepit. Aliàs, quoti
attingebat, cupiebat vicissim Salvatorem manus Dom

ta

tactum ſentire, & novum ſemper aliquod, pro tempore, ac neceſſitate, donum poſtulabat: memor prodeuntis è Domino, etiamnum mortali, virtutis, qua tangentes ſalvi fiebant. Et profectò omnium deberet obverſari animis, juſtiſſima Chryſologi admonitio: Audiant Christiani, inquit, qui quotidie Chriſti corpus attingunt, quantam de ipſo corpore ſumere poſſint medicinam, quando mulier, totam rapuit, de ſola Chriſti fimbria, ſanitatem. Miſeri, qui quotidie Corpus Chriſti tractamus, & ſumimus, & a noſtris vulneribus non curamur. Igitur ad quos theſauros admovere manum liceret quotidie, Franciſcus animadvertens, id elaborabat, ut vacuam nunquam reciperet.

Frequens precabatur è cœli Regina, ut per ejus opem, tractare ita, ſibi donaretur, ea myſteria; quemadmodum ipſa, poſt aſcenſum in cœlum Filii, ſuſcepiſſet. Nunc Apoſtolis, aliiſque Beatorum, prout cujuſque ſolennia agerentur, inſiſtebat, participem ſe ut facerent ejus venerationis, qua Sacrificium illi peregiſſent conſimili ſubmiſſione, & geminæ caritatis amplitudine, pro iis omnibus, & ad univerſa illa conciliandà dona offerens, pro quibus illi obtuliſſent. Sacram Hoſtiam, cùm adorandam ſublimè tolleret, avebat cruciatibus imperti-ri, & exulcerationem ſentire, quæ ipſum Dominum, dum Crux attolleretur, excruciavit. Ad conſpectum verò & tractationem Calicis, fundendi ſtudio ſanguinis inardeſcebat, tacito clamore cordis ingeminans: Quis mihi det ut moriar pro te? & ad æternum Patrem mente ſublatâ (ut ingens incendium in ſui materiam incrementi vertit omnia) magnopere compungi, earum comparatione fœminarum, ſolebat, quarum altera, poſt abſumptum in commune alterius filium, abſcondit ſuum: talem ſe ipſe arguens, qui Dei Filio, vel ad cibum impertitus, ſuum viciſſim, hoc eſt, cariſſima quæque ſua, cùm illo malignè communicaret. Nihil verò uſurpabat frequentius, quàm ut Sacrificium, pro iis offerret

omnibus, pro quibus Sacrificii ipse Auctor obtulit sese; tum primo, quo Virginis in utero conceptus est, momento, tum in Præsepi, tum in Cruce; eoq; puncto, quo exspiravit.

Jam ad consummanda mysteria, tanquam illicò in sinu Domini editurus Spiritum, accedebat. Quibus in cogitationibus ita defigebatur animus, & incalescebat; ut etiam vultus ignesceret. Posthæc cogitans, sepulto jam Salvatori, fidelem saxa præbuisse custodiam: sese ut infidelem crediti sibi thesauri custodem, infra saxa & sepulchra abjiciebat. Ergo ipsummet rogabat Dominum, Custodem, vi ac fide invictum, ut cor ipse suum, instar sepulchri, signaret, & custodiret, & se ipse, ab omni injuria tueretur. Denique ab Altari digressus, nunc in complexu, nunc ad pedes amantissimi Domini, gratiis agendis, adorandoque, & amando illo, seseque ei tradendo, & agendis tum suis, tum Societatis, tum Ecclesiæ totius, & mundi causis, sine fine perseverabat, demissus in genua, & immotus: ut interdum, provecto jam die, abstrahendus propemodum, & rapiendus ad mensam esset.

LITVRGIA FESTI ANGELORVM.

ADorativum, offeratur Deo, in quantum est Spiritus ipse. *Gratiarum Activum*, pro gratiis datis Angelis Sanctis, ad acclamandum: Quis ut Deus? & pro gratia, quòd assignati sint ad nostram Custodiam. *Impetrativum*, ut cultus illorum augeatur. *Propitiatorium*, pro despectu Dei, quem tulit ab Angelis malis, & pro irreverentia Angelorum Custodum, à suis Clientibus. *Locus sacrificii* hic ipse, in quo acclamarunt Angeli cum *MICHAELE*: Quis ut Deus? cui & oscula impendantur. *Assistentes* Sancti Cherubim & Seraphim. Angelus meus Custos & Ministrantes.

In nomine Patris, Gloria Patri, affectu Angelorum, profitentium in via fidem Sanctissimæ Trinitatis, quorum etiam

etiam affectu dicatur *Credo*, per creationem *Inviſibilium*, ſpecialiter intelligendo creationem Angelorum. *Introibo ad Altare Dei*, hunc ipſum locum, in quo acclamârunt Angeli: Quis ut Deus? *Iudica me Deus*, & diſcerne, ab Angelis malis. *Emitte lucem*, qualem emiſiſti in via, in Angelos lucis. *Confitebor Tibi in Cythara*, Angelicæ acclamationis: Quis ut Deus? *Quare triſtis es anima mea?* tantum Angelum Cuſtodem habens. *Adjutorium*, *Miſereatur* &c. dicatur ſupra homines viventes, hoc titulo, quia Clientes Angelorum ſunt. *Confiteor* Deo, Creatori Angelorum. *Beatæ*, ſalutatæ ab Angelo. *MICHAELI*, Principi inter Angelos. *IOANNI*, Angelo in carne. *PETRO*, & *PAULO*, Angeloque Petri & Pauli. *SANCTIS*, qui cuſtodiebantur. *Et vobis Fratres*, qui cuſtodimini ab Angelis. *Mea culpa*, nomine Sanctorum, qui cuſtodiebantur ab Angelis. *Mea culpa*, nomine noſtrûm qui cuſtodimur, *Mea maxima culpa*, nomine eorum, qui poſtea cuſtodientur. Quo etiam affectu dicatur *Sanctus*, *Agnus* Dei, *Domine* non ſum dignus. Niſi placeat dicere Sanctus, nomine Seraphinorum. *Dominus vobiſcum*, dicatur affectu adhortandi Angelos, ut dicant animosè: Quis ut Deus? Vel, Dominus vobiſcum homines, per cuſtodiam Angelorum. *Oremus*, cum iiſdem. *Kyrie*, dicatur nomine novem Chororum Angelorum, Miſericordiam Dei in via compellantium, & Chriſti ſibi revelati.

Gloria in excelſis, dicatur Nomine Angelorum, poſt devictum Dæmonem, Deum laudantium, quorum etiam nomine dicatur & *Præfatio*, habita reflexione, ad ly *Semper*, ex quo creati Angeli, & *Ubique*, ubi ſunt localiter. *Epiſtola*, legatur Clientibus Angelorum Chriſtianis. *Munda cor meum*, dirigatur ſpecialiter, ad Angelum Iſaiæ os purgantem, vel ad tuum Cuſtodem. *Evangelium*, legatur Clientibus Angelorum, in Ethniciſmo. *Oblatio Panis fiat*, & unà Angelorum, ſecundùm quòd erant in via. *Oblatio* autem Calicis fiat, & unà eorum, ſecundùm quod ſunt in Patria. *Conſecratio*, fiat intentione ponendi hìc Sacramen-

mentaliter, Caput Angelorum. Vel, Panem Angelorum. *Elevatio Hostiæ fiat*, affectu S. Michaelis dicendo elevato Domino: Quis ut Deus? *In Elevatione Calicis dic*: Salus Deo nostro. *Repositio Hostiæ*, fiat in animis Angelorum. Habeatur specialis reflexio ad ly: Per manus Sancti Angeli tui.

Pater noster, cujus & Angeli sunt Filii per gratiam, ideoque vocantur Filii Dei. *Qui es in cælis*, in quibus vident Angeli, etiam Custodes, faciem Patris. *Sanctificetur nomen Tuum*, cui acclamant Angeli: Quis ut Deus? *Adveniat Regnum Tuum*, quod inhabitant Angeli. *Fiat voluntas Tua* in cœlo, vbi tot Angeli localiter, & in terra, ubi sunt localiter Custodes nostri. *Panem* nostrum, Panem Angelorum, da nobis hodie. *Et dimitte* nobis, tanquam Clientibus Angelorum. *Sicut & nos* dimittimus Clientibus eorundem. *Ee ne nos* inducas in tentationem, à Dæmonibus. *Sed libera nos* à malo, peccati & obstinationis illorum in malo. *Immissio Particulæ*, fiat eo animo: Immitto te Domine in sanguinem tuum, sed ubi & te collocabo amantissime mi Pater Angele Custos? en te, pro tuis beneficiis, hic collocatum vellem, & cum hac particula, colloco in sanguine Domini. Habenda tamen primariò reflexio ad Christum Dominum, & ad significatum verborum, tunc dici solitorum. *Communio* sumatur eo affectu, quo eam sumerent Angeli, in particulari Angelus tuus Custos, si illis daretur. Vel: Timeo mihi Domine, quia homo sum; vellem ad obsequium tui, Angelus evadere, & ut evadam, sumo te Panem Angelorum. *Benedictio*, detur hominibus, quia Clientes Angelorum sunt.

AFFECTUS.

1. Gratias age Divinæ Sapientiæ, excogitanti medium nostræ salutis, secundùm corpus & animam, Custodiam Angelorum; Divinæ item Voluntati, beneplacenti in hoc me-

medio, denique Divinæ Præsidentiæ & Excellentiæ, id ipsum, injungenti Angelis. 2. Gratiæ Angelis Custodibus, in particulari tuo, quòd adhuc in via (ut putari prudenter potest) hoc Decreto Dei, de Custodia hominum, liberè submiserint se, & unusquisque dixerit: Ecce venio. 3. Pete ab Angelis Custodibus, præcipuè tuo, ut hunc actum innovet, firmet, pro te offerat. 4. Gratias age pro beneficiis, notis & ignotis, quæ Angeli Custodes suis Clientibus fecerunt, tuus tibi. 5. Indaga quid illis retribuere debeamus? etiamsi (quod Tobias dicebat) medium substantiæ dederimus illis, parum erit ad multitudinem beneficiorum! Nunc laudamus Deum pro eo, quod vobis obtulit, intuitu laboris vestri. 6. Reverere specialiter Angelum Custodem Regni, conscius quàm mirabilibus modis, ex tot desperatis casibus, eruat hoc Regnum Deus. 7. Collætare omnibus Angelis, qui jam suos Clientes deduxerunt in cœlum; protestareque, quòd idem solatium, gratià Dei, velis facere Angelo tuo: sed simul deprecare, quòd non exhilares illum, & quòd non habeat, quod præsentet à te, Deo. 8. Contristare, quia multi Sancti Angeli, non habuerunt felicitatem deducendi suos ad cœlum; time ne & tu, similem infelicitatem, facias Angelo tuo. 9. Renova pristinas devotiones ad Angelum Custodem, rogando, ut te præcedat dum graderis, situando illum in cubiculo tuo &c. 10. O si fuissem tunc, quando Michaël cum Dracone pugnabat, voluissem sequi partes Dei, voluissem acclamâsse: Quis ut Deus? Et: Salus Deo & Agno. 11. Gratias age, pro gratia oblata Sancto Michaëli, ut diceret: Quis ut Deus? oblata aliis Angelis, præcipuè tuo Custodi. 12. Offer primas Angelorum conversiones ad Deum; illisque, oblationes à te Deo factas, nobilita. 13. Insulta inferno devicto, præcipuè Diabolo ei, quem fortè specialiter tuus Angelus Custos devicit. 14. Invita Sanctum Michaëlem, ut bella releget, Sanctum Gabrielem, ut amica cœlo templa, etiam diruta, revisat, in particulari templum ad

quod vivis, ut illi benedicat, ut in illo Deum colat, & amet. Invita Sanctum Raphaëlem, ut omnes sanet ægrotos. Invita Chorum Angelorum, ut nobis sacrificantibus assistat. 15. Recurre ad Sanctum Michaëlem Archangelum, cui commisit Dominus omnes animas suscipiendas, ut tibi sit propitius, in agonia tua. 16. Insere te omnibus Choris Angelorum, & cum illis lauda Deum; adora cum Dominationibus, treme cum Potestatibus, & cum Seraphim, dic, corde nusquam cessando: Sanctus, Sanctus, Sanctus. 17. Pete à Sanctissima Trinitate, ut tibi assignet quatuor Angelos, quorum primus nomine tuo, assistat Sanctissimæ Trinitati, secundus Humanitati Christi, prout in cœlo collocatæ, tertius eidem Sacramentaliter in Eucharistia contentæ, quartus Beatissimæ, ut pro te orent, colant, ament, & quidem perpetuò, Deum, Humanitatem Christi, Eucharistiam, Beatissimam: eò, quòd tu id præstare non possis, perpetuò & interruptè. ad illos tibi certum orationum pensum statue.

LITVRGIA FESTI OMNIVM SANCTORVM.

ADorativum, immoletur Deo, in quantùm Prædestinator & Reprobator est. *Gratiarum Activum*, pro decreto libero, circa prædestinatos & reprobos, facto. *Impetrativum*, ne hodie ullus prædestinatus in terra careat gratia. *Propitiatorium*, pro peccatis prædestinatorum & reprobatorum, nunc præcipuè viventium. *Locus Sacrificii*, sint corda prædestinatorum, jam in cœlo regnantium, quibus & oscula infigantur. *Assistentes* nunc viventes, prædestinati, & prædestinatæ.

In nomine Patris, Prædestinantis, *Filij* Redimentis, *Spiritûs Sancti* Vocantis, & justificantis. *Introibo ad Altare Dei*, corda prædestinatorum. *Iudica* me & discerne à reprobatis. *Emitte lucem*, prædestinatis debitam. *Confitebor* Tibi in Cythara exsultationis prædestinatorum.

de sua prædestinatione. *Quare tristis es anima mea?* sperans, quòd inter prædestinatos sis. *Gloria Patri*, ut supra in Signo Crucis. *Adjutorium*, *Misereatur*, *Indulgentiam*, dicatur supra prædestinatos viventes, victuros. *Confiteor* Deo, Prædestinanti. *Beatæ*, primum post Christum prædestinatæ. *MICHAELI*, primo exemplo, quid prædestinatio possit. *IOANNI Baptistæ*, ex prædestinatione sanctificato. *PETRO* & *PAULO* ex prædestinatione vocatis. *Omnibus Sanctis*, in cœlo triumphantibus, prædestinatis. *Et vobis Fratres* prædestinati, in terra degentes, de vestra prædestinatione certò nescientes. *Mea culpa* affectu, Prædestinatorum ex lege naturæ. *Mea culpa*, nomine prædestinaorum, ex lege scripta. *Mea Maxima culpa*, nomine prædestinatorum, in lege gratiæ pœnitentium. Quo etiam affectu dicatur *Sanctus*, *Agnus* Dei, *Domine non sum* dignus. *Dominus Vobiscum*, prædestinatorum populus. *Oremus* cum prædestinatis ad Prædestinantem. *Kyrie* 2. nomine prædestinatorum ex lege naturæ, *Christe* nomine prædestinatorum ex lege scripta. *Kyrie* 2. nomine prædestinatorum in lege gratiæ.

Gloria in excelsis, affectu prædestinatorum, in cœlo pro sua prædestinatione, gratias agentium, *Epistola* legatur prædestinatis, qui ex infidelitate salvati. *Evangelium* legatur domesticis fidei, adeoque salvatis ex gente jam Catholica. *Credo* dicatur affectu baptizatorum solo baptismo flaminis. Vel, etiam adultorum, sine explicita plurium articulorum fide, salvatorum, illosque articulos primùm in cœlo discentium, profitentium, admirantium.

Oblatio Hostiæ fiat, sed & unà cordium prædestinatorum. *Oblatio* Vini fiat, & unà cordium reprobatorum, in gratia existentium, futurorum tamen vicinia justitiæ Dei, qui genere jam Catholici salvati sunt, *Præfatio*, dicatur affectu eorum. qui adhuc in terra degentes, speciali revelatione norânt, se esse prædestinatos. *Consecratio* fiat, intentione ponendi hic Christum sacramentaliter

liter, in quantum est exemplar omnium Prædestinatorum. *Elevatio*: Sicut Domine elevo ego te versus cœlum, ita vellem singulis Beatorum offerre te, in quantum es Beatitudo objectiva illorum. Vel: Hunc vos in cœlis prædestinati videtis. & reponendo Sacramentum dic: Hunc nos in terris, credimus & amamus. Vel: in cœlis, & in trrra, Deus Prædestinator est, cum is prædestinatis; in quorum etiam cordibus Hostia ponatur, illorumque genu adoretur Sacramentum, & genu reprobatorum, ut credant & contremiscant. V præsenta hostiam prædestinatis, Calicem reprobis utrique Dominum, adorent, ament, se ejus judicii subdant.

Pater noster, cujus unici Filii, prædestinati sunt. *es in cœlis*, quos pro illis parasti. *Sanctificetur nomen* *um*, inter prædestinatos, dum degunt in terra. *Adv*. *at Regnum Tuum*, quod jam prædestinatis in cœlo de sti. *Fiat voluntas Tua*, in cœlo prædestinatorum, & terrá reproborum *Panem*, quotidianum, gratiæ & g riæ, quem quotidie distribuis prædestinatis, da & die. *Dimitte* debita prædestinatis. *Sicut* & nos dim mus, etiam reprobis. *Et ne nos inducas* in tentatione desperandi de nostra prædestinatione. *Sed libera n* malo, reprobationis. *Immerge particulam*, & unà p destinatos. *Communio*. Sume ore prædestinatorum, in cælo existentium, Communionem specierum co ris Domini. Communionem autem Calicis, sume rundem ore, adhuc in terra degentium, quibus & *nedictio* danda.

AFECTUS

1. Statue te ante Sanctissimam Trinitatem, & s tivum ejus prædicatum, hoc est, Sanctitatem ejus, raq; eandem. 2. Congaude huic attributo, quòd jam millionibus Sanctorum participatum sit, & p

cipabitur, & quidem participatione supernaturali. 3. Excita in te desiderium hujus participationis. 4. Gratias age Sanctissimæ Trinitati, circumfusæ à tanto Sanctorum mari, quòd dederit illis tot beneficia gratiæ & gloriæ, incipiendo ab Humanitate Christi, Beatissima, & desinendo in tua, quam speras, salute. Commemora hic dona, data Sanctis tuis Patronis, item mirabiliter coversis, item iis, quos in vita noras, & prudenter præsumis, videre eos faciem Domini: Confitebor tibi Domine in directione cordis eorum. 5. Procede mente ante Sanctissimam Trinitatem, Humanitatem Christi, Beatissimam, procede ante Angelos, procede ante singulos Beatos homines, pete à singulis benedictionem, ut dignus sis societate illorum frui. Et ut id commodius impetres, pete ut Sanctissima Trinitas sibi, & toti residuo cælo, augeat gloriam accidentalem. 6. Innova omnes affectus, quos Sancti aliquando Sanctissimæ Trinitati impenderunt, & iis cumulatim venerare Deum. 7. Supplico Tibi Domine, pro omnibus prædestinatis, viventibus & victuris, ut ita populus laudantium Deum, & numero & merito augeatur; illosque amo hoc titulo, quia amantur à Deo. 8. Potesné sincero corde dicere, cum Sancto Patre nostro: Sordet terra, dum cœlum aspicio? 9. Excita in te desiderium videndi Sanctissimam Trinitatem. Dic ex corde: Cupio dissolvi: Ostende nobis faciem tuam: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei? 10. Perpende, quòd vel hoc ipsum, quia mente cœlum ingrederis, sit gravis impudentia tua; quâ fronte enim vir opprobrii & despectûs, audet inter tot Majestates, vel mente comparere? 11. Collætare specialiter Sanctis tui Status, & iis, quos nôras, & ut speras, jam felicem æternitatem ingressi sunt, licet qui illi sint, certò nescias. 12 Pete à Sanctissima Trinitate, ut te instituat Missionarium in mundum, inculcando eidem hæc: Nolite Fratres mei diligere mundum: Qui non amat Dominum JESUM

ana-

anathema sit: Ut quid diligitis vanitatem? Ad Majorem Dei gloriam. 13. Quid dares, si hodie Deum videre posses? da cor tuum, da Deo afflictiones tuas. 14. Accumulo Domine una desideria, quibus animæ Purgatorii, jam jam in cœlum ituræ, vultum Tuum Domine requirunt, & iis omnibus te videre desidero. 15. Indue sensus Sanctorum, jam in cœlo triumphantium, hi, cum Sancto Francisco Xaverio, cum non fuerint Martyres, desiderant Martyrium, desidera & tu illud; illi voluissent, hoc vel illud factum amore Dei, hoc & tu desidera. 16. Converte te ad Sanctos nationis tuæ, pro te, ut meminerint Patriæ suæ. 17. Inspice codicillos meritorum tuorum ab Angelo notandos: forte nihil in illis scriptum? dole pro peccatis, quibus implevit Satan librarias suas. 18. Dic animæ tuæ, non videbis Dominum in terra viventium; & explora eandem, quo sensu id accipiet. 19. Dum tu hæc recogitas, accessit fortassis cœlo aliquis Sanctus, quid si forte magnus? Collætare ergo illi, & congaude, Patrocinium ejusdem implora. 20. Quære ex Angelo tuo custode: quot sunt dies servi tui? peteque ab illo gratiam, ut te præmoneat de instante morte, ut ita præmuniat te, contra subitaneam & improvisam mortem. 21. Dic: Te Deum laudamus, ut illum cum omnibus, & pro omnibus Sanctis laudes.

LITURGIA COMMEMORATIONIS DEFUNCTORUM.

ADorativum, impendatur Iustitiæ Dei, sed & Misericordiæ; magnum enim misericordiæ inventum, puniri temporaliter, gaudere æternum. *Gratiarum Activum* sit, pro hoc ipso invento, pro gratiis datis, his ipsis, quæ modo pungantur animabus, pro inspirationibus quandocunque tandem datis, ad illas juvandas. *Impetrativum*, ut augeatur devotio pro animabus purgatorii. *Propitiatorium*, in supplementum satis-passion

Locu

Locus Sacrificij, sit ipse locus Purgatorii, vel, corda animarum, quæ purgantur, quibus & oscula infigantur. *Assistentes*, illæ ipsæ animæ. adeoque dicetur hoc Sacrum inter ipsas Purgatorii flammas. *Signum Crucis* fiat, animo absolvendi animas Purgatorii, ab igne. vel, volentis mitigare, activitatem ardoris illius.

Introibo ad Altare Dei ut supra. *Adjutorium*, *Misereatur*, & præcipuè, *Ostende nobis*, dicatur precando animabus purgatorii, liberationem. Casu autem, quo dicatur Missa pro defuncto, & non requiem, hi possunt haberi sensus. *Indica me Deus*, & discerne, liberando è purgatorio. *Emitte lucem*, luminis gloriæ. *Confitebor* tibi in Cythara satis-passionis Purgatorii. *Quare tristis es* anima mea? quantum enim, quàm diuturnum, manet me purgatorium! *Gloria Patri*, affectu animarum Purgatorii, indubiè id Sanctissimæ Trinitati accinentium. *Confiteor Deo*, etiam per Purgatorium misericordi. *Beatæ*, ultimò inibi miserenti. *MICHAELI*, cui commissit Dominus omnes animas suscipiendas. *IOANNI Baptistæ*, in limbo detento. *Sanctis Apostolis*, *Omnibus Sanctis*, sine Purgatorio salvatis. *Et vobis Fratres*, per Purgatorium salvandi. *Mea culpa*, affectu eorum qui per purgatorium salvati. *Mea culpa*, affectu eorum, qui in Purgatorio sunt. *Mea maxima culpa*, affectu eorum, qui erunt. Quo etiam affectu dicatur *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum dignus*, & ipsum *Kyrie*, nomine eorum qui per limbum salvati, qui per Purgatorium, qui sine utroque. *Gloria* quando dicendum erit, dicatur nomine Animarum purgatorii, ipso aditu Purgatorii laudantium Deum, quod ad ignem Purgatorii, non inferni, destinatæ sint. *Dominus vobiscum* sit, animæ Purgatorii, per visionem. *Oremus*, pro, & cum animabus Purgatorii. *Epistola*, *Evangelium &c.* dicantur eo affectu, quo dicta sunt à Sacerdotibus, qui modò sunt in igne Purgatorij.

Oblatio Hostiæ, & unà cordium sit, eorum, qui pr

anima-

animabus Purgatorii devoti fuerunt, sunt, erunt. *Oblatiio Calcis*, conjungatur cum oblatione ignium, & satispassionum quas exhibuerunt, exhibebunt, exhibent animæ Purgatorii, singulariter eæ, quæ nunc atrocius actu purgantur. *Præfatio*, dicatur affectu earundem, & ad, *Sursum* corda, precare iis Sursum cœli. Vel, Præfatio dicatur, affectu Animarum gratias agentium, quod jam è Purgatorio liberatæ sint. vel nomine earum animarum quæ sine Purgatorio salvatæ. *Consecratio*: Sicut ego Domine converto substantiam Panis & vini, in Corpus & Sanguinem tuum, ita tu Domine, converte flammas Purgatorii, in lumen Gloriæ, ut in lumine tuo videant lumen. *Elevatio*: Tenete animæ Purgatorij, hoc Sanctum Sacramentum, ut dum ego illud attollo in sublime altare Dei, vos unà intretis in cœlum. *Repono* Te Domine in altari, sed corde, in Purgatorio, ut opprimas & præfoces, omnes flammas Purgatorii, quibus cruciantur animæ Pauperum tuorum.

Pater noster, qui in Purgatorio licet, tamen Filii tui sumus. *Qui es in cœlis*, nos in igne. *Sanctificetur* nomen tuum, sanctitate etiam gloriæ æternæ in nobis. *Adveniat* Regnum tuum, post tot tormenta. *Fiat voluntas Tua* in cœlo, & in terra, & in Purgatorio. *Panem* Eucharisticum pro nobis offerendum da hodie in refrigerium. *Et dimitte*, nobis debita, etiam satis-passionis. *Sicut & nos* dimittimus, desiderando, ut ex plenitudine sanctitatis, omnes evadant pœnas Purgatorii. *Et ne nos* inducas in tentationem, hujus ignis *Sed libera* nos à malo, ejusdem. *Sumptio Eucharistiæ* fiat, ore animarum Purgatorij. *Requiescant* ultimum, dic, comprehendendo omnes orationes factas, faciendas, pro defunctis. Si autem Sacrum, de Festo, vel Feria celebretur, danda benedictio, eo affectu, quo factum Signum Crucis.

AFFE-

1. Statue te ante attributum Divinæ Severitatis, quæ etiam in justos, in sibi dilectos, & in singularia pretia Sanguinis Domini, advertit, & quidem advertit, igne & pænis. Excitaque in te actum timoris justi, ne & tu incidas, imò quia incides, in hunc locum tormentorum 2. Protestare, quòd ex corde agnoscas, fore in hoc ostensionem infinitæ misericordiæ Dei, si te hoc igne & flammis dignabitur; cùm tu, non purgatorium, sed infernum, non infernum, sed inferni infernum, commeritus sis! 3. Cum omnibus tuis devotionibus, ingredere domum illam ignis, eoque modo omnia fac, quo fierent, si illic offerrentur. 4. Elice desiderium, quòd velles, stilantia Vulnera Christi illuc adducere, ut destillent sanguinem, ad extinguendum Purgatorii ignem animabus. 5. Obi animo illas animas, pro quibus oras, illis compatere; & singulis acclama. Propter sanguinem Iesu Christi, requiem æternam dona eis Domine 6. Adi animam, quam tibi fortè assignavit Deus liberandam, pete, ut tibi impetret gratiam, orandi pro se, & intende reintende, orationem pro illa. 7. Compatere, plenè fraterno affectu, his animabus, quæ necdum hodie, necdum citò liberandæ, cum proposito, suffragandi illis. 8. Cogita: Quid si Deus habeat hanc conditionatam: Liberabo, si intensè oraverit! intende ergo orationem tuam. 9. Intende specialiter orare pro illis animabus, quas fortè adhuc in Purgatorio, dum morieris, reperturus es, quòd si necdum sunt illic, ora pro iis anticipatò, quas videt Deus, te illic reperturum. 10. Collige omnes, ut ita dicam lacrymas, hoc est dolores, & satispassiones animarum, offer illas Domino, illasque tibi appropria. 11. Videns magnitudinem pœnarum, indubiè usurpatam ab animabus Purgatorii vocem, tu etiam usurpa: justus es Domine, & rectum judicium tuum. 12 Gratias age nomine animarum purgatorij quòd hic Deus illas urat, hic secet, ut in æternum

parcat. 13. Lustra locum Purgatorii, in quo videt te Deus ponendum, putasné quia leniùs aliis Purgatorium habebis? Sanctifica hunc locum benedictione Santissimi Sacramenti, tuisque lacrymis purifica.

LITURGIA FESTI BEATI STANISLAI KOSTKA.

ADorativum, immoletur Deo, innocentiæ Datori; *Gratiarum activum*, pro hoc mirabili ordine, tam diu dilatæ Canonizationis Beati: item pro gratiis datis Beato Stanislao, & mundo, intuitu Beati, item pro vocatione ejus ad hanc Religionem, in particulari, idque recipiente Sancto Francisco Borgia. *Impetrativum*, ut acceleretur ejus Canonizatio, cultus promoveatur. *Propitiatorium*, pro injuriis Sancto illatis, v. g. alapis illi inflictis. *Locus Sacrificij*, Cor illius, amore Dei æstuans, cui & oscula infigantur. *Assistentes*, S. Franciscus Borgia, recipiens Beatum in Religionem, & ipse Beatus.

In nomine Patris. affectu Beati, abigentis Dæmonem à se Cruce. *Introibo* ad Altare Dei, cor Beati. *Iudica* me, judicio, quo judicasti Beatum Stanislaum, & discerne provectum, qui discrevisti Iuvenem. *Emitte lucem* quâ illustrabas Beatum, deducendo eum, in tantum montem amoris, & in tabernacula confidentiæ tuæ. *Confitebor Tibi* in Cythara, manuum Beati Christum gestantium. *Quare tristis es* anima? juvabit te suâ intercessione Beatus. *Gloria Patri*, affectu Beati, post sumptam Eucharistiam, ab Angelis, gratias agentis Sanctissimæ Trinitati. *Adjutorium* sicut & *Misereatur*, dicatur benè precando devotis Beatæ Kostcæ, & ad ejus familiam pertinentibus. *Confiteor* affectu Beati Stanislai, quo Deo confessus, ante sumptam Eucharistiam, ab Angelis. *Beatæ*, de qua Stanislaus dixit: Mater mea est. MICHAELI, & unà Angelis, à quibus Eucharistia relectus. IOANNI, cujus innocentiam imitatus. PETRO & PAU

& *PAULO*, quorum limina invisit. *Omnibus Sanctis*, *præcipuè* Stanislao Episcopo, Laurentio, Barbaræ, Patronis Beati, dum viveret. *Et vobis Fratres*, Sancti è Societate. *Mea culpa*, affectu Beati ab Angelis Eucharistia refecti. *Mea culpa*, affectu gestantis Dominum Iesum. *Mea maxima culpa*, affectu Beati jam morientis. Quo etiam sensu dicatur *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum dignus*. *Dominus vobiscum*, Rex & gens mea sit, per intercessionem Beati. *Oremus*, cum Beato. *Kyrie* affectu B. Stanislai, commendantis se Deo, in suo, Romam, itinere.

Gloria in excelsis, affectu Beati laudantis Deum, post sumptam è manibus Angelicis Eucharistiam. *Epistola*, legatur descendentibus è Familia Beati. *Evangelium*, devotis ad eundem. *Credo*, affectu ejusdem, profitentis hìc in via fidem Catholicam.

Oblatio Panis fiat, unà cum corde, gratiis, gloria Beati. *Oblatio* Vini fiat, unà cum cordibus devotorum ad eundem, & cum cordibus descendentium è Familia ejusdem. *Præfatio* dicatur affectu Beati, Deum laudantis post Christum manibus gestatum. *Consecratio*: Eo animo te consecro Domine, quo voluissem consecrare si tunc vixissem Sacerdos; cùm Stanislaus æger Eucharistiam desiderabat. O quanta mea felicitas fuisset, si communionem, à me consecratam, Sanctum hoc os sumpsisset. *Elevatio*, eo sensu fiat: Non meis manibus, non, indignæ enim sunt, sed manibus Stanislai, elevo te Domine. Vel: Eo âffectu elevo te Domine, quo affectu elevabat Stanislaus, dum Te Matri Beatissimæ redderet. *Collocatio Hostiæ* fiat in corde Beati. *Genuflexionesque* eo cultu fiant, quem ille reddebat Eucharistiæ.

Pater noster, affectu Beati relinquentis Patrem. *Qui es in cœlis*, & in manibus Beati. *Sanctificetur nomen tuum*, cujus nominis Religionem ingressus Beatus. *Adveniat* Regnum Tuum, & cum eo Beati Canonizatio.

Fiat voluntas Tua, cui obediendo Stanislaus, ut in Religionem ingrederetur, plura passus. *Panem nostrum* quem per Angelos dedisti Stanislao, da nobis. *Et dimitte* debita nostra, à quibus præservasti Stanislaum. *Sicut & nos* dimittimus, affectu Stanislai, dimittentis Paulo. *Et ne nos inducas* in tentationem Diaboli, contra Beatum, ter assurgentis. *Sed libera* nos à malo, ægrotandi, moriendi, sine usu Eucharistiæ. *Communio* Eo animo Domine suscipio te, eo animo suscipere desidero, quo suscepit Stanislaus ab Angelis; bibo autem Sanguinem Tuum, ut coram cælo & terra tester, quia desidero, saltem eum æstum amoris Divini, in corde sentire, quem sensit Beatus. Saltem inquam eum, qui dignus es, ut ameris etiam eo amore, quo nunquam, ab ulla pura creatura, hucusque amatus es, & increato amore. *Benedictio*, detur affectu Beati Stanislai, suæ Patriæ, toties benevolentis, & tantùm.

AFFECTUS *Videantur in Concionibus de hoc Beato &c.*

LITVRGIA ACCESSVS AD LOCVM.

ADorativum, impendatur Deo, in quantùm necessario, etiam hìc præsens est; teque ad hanc, hìc, & non alibi, præsentiam evocavit. *Gratiarum activum*, pro hac evocatione, quantumvis nescias successum hìc manendi, item pro gratiis, hìc tibi à Deo dandis. *Impetrativum*, ut benedicat tibi Deus, in hoc loco. *Propitiatorium*, pro peccatis, quibus meritus es, ne hìc tibi Deus benedicat. *Locus Sacrificij*, sic hic ipse, in quo ante te, multi celebrarunt, eidem & oscula infigantur. *Assistentia* ab una parte Sancti, hinc cœlum ingressi, ab altera, Angeli Custodes, hic manentium.

In nomine Patris, dicatur affectu benedicendi hunc locum, in quo manebis, conversaberis. *Introibo*, ad hoc altare. *Iudica* & discerne, saltem in hoc loco, à malis. *Emitte lucem*, in omni loco, in quo hìc agam aliquid, patiar

patiar. *Confitebor* tibi in Cythara, afflictionum, & consolationum, in hoc loco. *Quare tristis* es anima? Deus ubique est. *Gloria Patri*, secundùm quod hìc præsenti. *Adjutorium* sicut & *Misereatur &c.* dicantur, apprecando bene, hic manentibus. *Confiteor* Dèo, etiam hic præsenti. *Beatæ*, etiam hic consolatrici afflictorum. *MICHAELI*, etiam hinc deducenti animas in sinum Abrahæ. *IOANNI*, etiam hìc vocanti exemplo, ad austeritatem vitæ. *PETRO*, etiam hic Christi Vicario. *PAVLO*, etiam hìc gentium Apostolo. *Omnibus Sanctis* ex aliis locis salvatis, *Et vobis Fratres*, ex hoc loco salvati. *Mea culpa*, affectu pœnitentium, qui antè hìc vixerunt, *Mea culpa*, affectu eorum, quì hìc modò vivunt. *Mea maxima culpa*, affectu eorum, qui postea hìc victuri sunt. Quo etiam affectu dicatur *Kyrie*, *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Domine non sum.*

Dominus vobiscum, hìc manentes. *Oremus*, cum iisdem. *Gloria* dicatur affectu Sanctorum, hinc salvatorum. *Epistola*, legatur hìc postea mansuris. *Evangelium* manentibus, quorum etiam in unum compacto corde dicatur: *Credo.*

Oblatio Hostiæ, & unà cordium, eorum qui antè hìc manserunt, manent. *Oblatio* Vini, & unà cordium, eorum, qui post nos hìc mansuri. Vel: cum Hostia offeres anticipatò quidquid hìc acturus es, cùm Vino, quidquid passurus es, *Præfatio*, dicatur affectu eorum qui hic manent, & quibus hic in Domino serviturus es. *Consecratio*, eo animo fiat, ut vi tuæ consecrationis sacramentaliter Christus hìc existat. Vel: consecro Te Domine, quia nolo hìc sine Te esse. *Elevatio*: Elevo Te Domine, ut ostendam etiam hìc, Te Altissimum esse, super omnem terram. Vel: En obiectum, en finem ad quem tendam, manendo hìc. *Repositio Hostiæ*, eo animo fiat, ut hic inter nos sit Deus. *Genuflexiones* fiant, nomine omnium eorum, qui hic manent. *Pater noster*, etiam hìc nostri amantissimus. *Qui es*

in cœlis, & hic necessariò præsens. *Sanctificetur* nomen Tuum, sicut & alibi, ita & hìc. *Adveniat* Regnum Tuum; ut noster iste locus, tuus sit locus. *Fiat voluntas* Tua, ita ut si juris mei esset, hunc tibi locum subderem, corde pleno subderem illum. *Panem nostrum*, etiam in temporalibus hìc nos attollendo subsidiis, da nobis. *Et dimitte* debita, quandocunque hìc facta, vel quæ fiunt. *Sicut & nos* dimittimus debitoribus, qui nos hìc affligent. *Et ne nos* inducas in tentationem, quæ nos in aliis locis præmebat. *Sed libera* nos à malo, malè, ut in aliis locis vivendi. *Sumptio* Eucharistiæ fiat, animo comedendi & bibendi fontem benedictionum, in hoc loco. *Benedictionem* dabis loco huic, & habitantibus in eo, præcipuè futuris tuis amicis, & inimicis. *Evangelium* leges, ne in hoc loco dominentur aëreæ potestates, depulsæ hoc Sacratissimo Evangelio.

AFFECTUS

1. Hìc me voluisti esse Domine, hìc ex voluntate tua volo esse. 2. Gratias tibi Domine, pro beneficiis in itinere à te acceptis, & pro beneficio deductionis ad hunc locum. 3. Revertor Domine mente, ad eum locum, ubi antè mansi, & in illo te adoro, gratiis inibi acceptis, naturalibus, supernaturalibus, gratias tibi Domine ago. Doleo Domine, de peccatis inibi à me factis, & in satisfactionem, offero tibi orationem Domini IESU in Cruce dicentis: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Valedico inibi Sanctis illius loci Patronis, Angelis Custodibus, præcipuè eorum, quibus inibi in Domino servivi: Custodite Ss. Angeli eos, Deo, felici æternitati. Redde Domine omnibus amicis & Benefactoribus meis optima pro bonis, quæ è manu eorum accepi. Repono Domine in Altari divinæ æstimabilitatis tuæ, quicquid inibi gratia tua egi, passus sum. Innovo hæc omnia, & unà tibi offero. Valedi-

co

eo & vobis corpora defunctorum inibi sepulta, non fui dignus consepeliri vobis, recommendare me Sanctis, quorum corpora hic requiescunt. 4. Saluto Domine Sanctos hujus loci Patronos, Sanctos ex hoc loco salvatos, Angelos custodes hominum hic degentium, præcipuè eorum, quibus hìc in Domino serviam. 5. Detestor Domine peccata, hìc aliquando facta; da ut collaborem, ne hìc, saltem graviter, offendaris. 6. Gratias tibi Domine anticipatò ago, pro beneficiis & Crucibus, à te, mihi hìc ordinatis, 7. Ostende mihi Domine hìc magnam misericordiam tuam. 8. Volo Domine implere mensuram meritorum, ex gratia tua, quam hic me implere vis. 9. Timeo Domine, ne ad veteres iniquitates meas, plures addam, adjuva ergo infirmitatem meam. 10. Timeo Domine, ne tibi hìc male sit à me, timeo, ne & mihi hic mâlè sit, recurro ergo & situo me in vulneribus pedum tuorum, etiam hic patentibus, recurro sub pallium tuum Beatissima sub illoque me abscondo. 11. Fac specialiter propositum, in quo te corrigere hìc velis, quid hic amore Dei præstitum desideres. 12. Gratias tibi ago Domine, pro beneficiis cuicunq; creaturæ hìc datis 13. Auge Domine gloriam accidentalem Sanctis, qui exinde salvati, Sanctis, qui hic Ecclesias, loca tibi dicata, fundarunt, & si in Purgatorio sunt, da illis Domine Indulgentiam plenariam. 14. Saluto & vos animæ Purgatorii, quæ hic decessistis, Requiem æternam, propter Sanguinem Iesu Christi dona eis Domine. 15. Benedic Domine loco isti, ad ingressum Humilitatis nostræ & omnia mala propitiatus averte. 16. Ego dixi: nunc cœpi. 17. Domine, si vis me hìc mori, da sanctè vivere, sanctè mori. 18. Elige Sanctos Patronos mansionis tuæ, in hoc loco. 19. Ito ante Sanctissimam Eucharistiam, pete ab illa benedictionem, ad altare Beatissimæ, eandem petens.

ADorativum, immoletur Deo, prout est Dominus E xercituum. *Gratiarum activum*, pro omnibus just belli Victoriis, datis Polonis. *Impetrativum*, pro obti nenda in præsenti bello victoria. *Propitiatorium*, pro peccatis Poloniæ, in quantum sunt similia peccatis, quæ ab hostibus committuntur. *Locus Sacrificij*, sit, in me dio Castrorum. *Assistentes*, ab una parte Sancti, quorum huc Reliquiæ aliunde advectæ; ab altera Sancti è gent nostra. *Signum Crucis* fiat, intentione incutiendi terro ris hosti.

Introibo ad Altare Dei, punientis bellis. *Iudica* & e rue ab hostibus. *Emitte* lucem consilii. *Confitebor* T bi in Cythara, omnium bonarum actionum Polonia *Quare tristis* es anima mea? quia hostis instat Eccles & Regno. *Gloria Patri*, etiam pro hoc bello, quo no Sanctissima Trinitas, Paterno affectu castigat. *Adjutori um*, nomine Regis, Ducum, totius Regni, dicatur, a quos etiam dirigatur: *Misereatur*, & *Indulgentiam*. *Co fiteor Deo*, Exercituum. *Beatæ* Reginæ Poloniæ. *Mi CHAELI*, Duci militiæ cœlestis. *IOANNI*, Militum concionatori. *PETRO* & *PAVLO*, quibus tot Eccles in Polonia ædificatæ. *Omnibus Sanctis*, quorum Re quiæ aliunde huc advectæ. *Et vobis Fratres*, è Polon salvati. *Mea culpa*, nomine Hæreticorum, *Mea cu nomine Schismaticorum, *Mea maxima culpa*, nomin malorum, & proborum Catholicorum.. Quorum e tiam affectu dicatur *Kyrie*, *Sanctus*, *Agnus Dei*, *Dom non sum dignus* *Dominus vobiscum*, gens & Exerci noster. *Oremus*, nomine eorundem. *Gloria in excel* dicatur, supplendo defectum gloriæ, quem patitur D us, à gente hostili, imò blasphemiarum ex occasion hujus belli. *Epistola* legatur genti & exercitui nost *Evangelium*, hostibus. *Credo* dicatur nomine Polon profitentis fidem Catholicam, quantumvis hoste infi li urgente.

Obla

Oblatio Hostiæ fiat, & unà cordium Regis, Ducum, Exercitûs, & omnium ad hoc bellum concurrentium, à parte nostra. *Oblatio* Calicis fiat, & unà cordium quorumcunque, & quandocunq; in bello sanctè è gente nostra morientium. *Præfatio* dicatur nomine Regum, Ducum, & quorumcunque sanctè mortuorum, qui bella, in hoc regno, tractabant. *Consecro* Te Domine, ne maneat Exercitus noster, sine Deo Exercituum. *Elevo* Te Domine, tanquam scutum & tegumen, contra impetus hostiles. *Repono* Te Domine in corde Regis, Ducum, & omnium militum, vt pro Ecclesia tua & gente tua, fortiùs pugnent.

Pater noster, defende nos ut filios afflictos *Qui es in cœlis*, sis & in Castris nostris, tanquam Dominus Exercituum. *Sanctificetur* nomen tuum, & non gentis hostilis. v. g. Mahometis. *Adveniat* Regnum Tuum, ut nostro immistum, faciat nos à te defendi. *Fiat voluntas* tua, qui dum vis, per paucos, gentes prosternis. *Panem nostrum*, in hac terrá nostra, da ut manducemus. *Dimitte nobis* debita, ob quæ bellò premimur. *Sicut & nos* dimittimus, etiam his hostibus nostris, nolentes eos in æternum damnari. *Et ne nos* inducas in tentationem, malorum consiliorum. *Sed libera* nos à malo, Victoriæ ab hoste referendæ. *Immissio Particulæ* sit, & unà cordium Regis, Ducum, Exercitûs, ut Sanguis Domini sit eis turris fortitudinis. *Sumo Corpus* Tuum Domine, ore Regis, Ducum, Exercitûs. *Sumo* Sanguinem, ore omnium in hoc bello moriturorum, captivorum, afflictorum. *Benedictio*, detur Regi, Ducibus, Exercitui.

LITVRGIA AGONIÆ

Hæc Liturgia ita accommodabitur, ut eà ægrotus, in diuturna infirmitate, præcipuè conscius imminentis mortis, uti possit, saltem per partes legendo eandem, adeoque dicendo Missam, quam vocant, siccam. Sed poterit usurpari etiam in aliis Missis, ita

abjectis, quæ prudentia abjicienda dictabit. Potissimùm autem servet iis, qui habent industriam, singulis Mensibus, vel, semestribus, ita se componendi, ac si compositos se vellent, instante ipsâ jam morte.

ADorativum, offeratur Deo, ut Domino vitæ & mortis. *Gratiarum Activum*, quia noluit nos Deus in hac vita & mundo perennare, item pro omnibus maximis & minimis beneficiis, quibus te cumulavit Divina liberalitas. *Impetrativum*, pro felici tuo, & vnà tecum agonizaturorum excessu. *Propitiatorium*, ut sis dignus, ad majorem Sanguinis Domini gloriam, rectà ire ad cœlum. *Locus sacrificii*, hic ipse, in quo prævidet Deus te animam acturum. *Assistentes*, Sancti, quos eliges, ad bonam agoniam, Patronos. Item Sancti, qui eo die mortui ante te sunt, quo die, scit Deus, te esse moriturum.

In nomine Patris, exeo ex hac vita in alteram Amen. *Introibo ad Altare Dei*, ad Patriam felicem, ut spero, ad Deum qui lætificat juventutem meam, parcendo delictis & ignorantiis ejusdem. *Iudica*, me Deus, & discerne judicio misericordiæ, ab homine iniquo erue me, scilicet à Diabolo, & ejus insidiis, in morte. *Emitte lucem tuam*, lumen scilicet gloriæ tuæ, quod me adducet in montem, & in tabernacula tua. *Confitebor tibi*, in Cythara, Visionis & amoris beati. Quare tristis es anima mea? imò lætari debes, quia exis ex hac misera vita. *Gloria Patri*, dic eo affectu, quasi ultimum illud in hac vita diceres; Pudet me Domine, quia id ipsum frigidè dico, educ me Domine ex carcere hoc, educ me Domine, ut tibi dicam Gloria, sed Patriæ, toto jam me, glorificando te. *Adjutorium*, ut in ejus miserationibus & Sanguine, pronuntians devote Nomen IESU, transeam ex hac vita, ad alteram. *Confiteor Deo* Omnipotenti, quem desidero noscere, & amare beatificè. *Beatæ*, quam etiam appeto videre. MICHAELI, cui commisit Dominus, omnes animas suscipiendas. *Baptistæ*, ut mihi præmonstret in cælo: Ecce Agnus Dei. PETRO & PAULO, Patronis meæ mortis.

Omni-

Omnibus Sanctis, cum quibus hodie, hoc momento, desidero videre & amare Deum, beatificè. *Et vobis fratres*, quos hic relinquo, transiturus, ut spero, ad alios fratres. *Quia peccavi* nimis, nimis quia supra numerum arenæ maris. *Mea culpa*, ratione peccatorum, ex ignorantia, & etiam inadvertentia commissorum, utinam nec in talia incidissem, *Mea culpa*, ratione peccatorum, cum advertentia commissorum, *Mea maxima culpa*, ratione peccatorum ex habitu commissorum.

Misereatur, dirigatur ad pœnitentes tuos, quos in hac vita relinquis. *Indulgentiam*, ad unà tecum agonizantes. *Deus Tu*, conversus, qui eras aversus ob peccata mea, vivificabis nos, vitâ æternâ. *Ostende nobis* Domine, facie ad faciem misericordiam tuam. *Domine exaudi* orationem meam, quâ deprecor te, ut videam te. *Dominus vobiscum*, unà mecum agonizantes. *Oremus*, unà agonizaturi. *Aufer à nobis* quæsumus omnes iniquitates nostras, pro quibus purè, depuratè, doleo, amo te enim summum bonum, super omnia. Ut ad *Sancta* Sanctorum, hoc est, cœlestem Patriam, unà cum iis, qui mecum agonizant, *Puris*, à culpa & pæna, *Mereamur mentibus* introire. *Per Christum* Dominum nostrum. *Oramus* te Domine, *Per merita Sanctorum tuorum*, quorum Reliquiæ hic sunt, ubi aliquando celebravi, & ubi sepelior. *Et omnium Sanctorum*, *ut indulgere digneris*, non per satis-passionem, sed per misericordiam tuam; sed per Sanguinem Domini IESU, *Omnia peccata mea*. Pro Missa sicca, commodissimum videtur morituro, assumere Missam de SS. Trinitate, cujus talis Introitus. *Benedicta sit Sancta Trinitas*, atq; indivisa unitas; *Confitebimur ei*, quia fecit nobiscum, ô agonizaturi unà mecum, misericordiam suam, tot bona largiendo, à tot peccatis eruendo, & pro directione cordis nostri, pro qua confitebimur ei, nunc quidem (quod dolendum) frigidè, sed in Patria amorosè. *Domine Dominus noster*, quàm admirabile est nomen tuum in universa terra, & quid in Patria? *Gloria Patri*, Fonti quem sitio, si-

tio videre, & gustare, Processionum personalium, & *Filio*, Sapientiæ æternæ, quam discere intuitivè aveo, & *Spiritui Sancto*, Amori personali, ut ejus dono, amem jam beatificè Sanctissimam Trinitatem. *Sicut erat in principio*, unde & omnes, à principio, quas habuisti, innovo tibi laudes, *& nunc* habes enim & nunc, servos tuos; quas ipsas omnes laudes durare vellem, *& semper, & in secula* seculorum Amen. Benedicta sit, ut antè. *Kyrie*, nomine & affectu Thaidis, non audentis proferre nomen IESU. *Kyrie*, affectu Petri flentis amarè. *Christe*, affectu Magdalenæ flentis ad pedes IESU, *Kyrie*, affectu quorumcunque tuorum pœnitentium, *Kyrie*, affectu um tecum agonizaturorum.

Gloria in excelsis Deo. O si illam illic, hodie canerem. *Et in terra* pax hominibus bonæ voluntatis, ut ubi miserabilis peccator hâc vita excesserit, meliùs sit mundo, cui bella à peccatis accersuntur. *Laudamus Te*, quia respexisti canem mortuum. *Benedicimus Te*, ut & tu nos benedicas benedictione tuâ, sed jam in cœlestibus. *Adoramus Te*, adorationibus, quas aliquando tibi fecimus, quas omisimus debitas. *Glorificamus Te*, anticipando has glorificationes, quas tibi in coelo faciemus. *Gratias agimus Tibi* propter magnam gloriam tuam, quam immeritis paras in cœlo; non enim condignæ sunt passiones hujus temporis, ad futuram gloriam. *Domine Deus*, desidero tibi Domine, sed jam in cœlo, servitute beatâ, servire. *Rex Cœlestis*, admitte me ad Regnum tuum. *Deus Pater* Omnipotens, regenera me perditionis Filium. *Domine Fili Unigenite*, IEsu Christe, cujus Corpus & Sanguinem, toties licèt indignè, consecravi, sumpsi, distribui. *Domine Deus* videam te, cujus faciem vitâ meâ requisivi. *Agnus Dei* tolle peccata mea. *Filius* Patris, admitte me in regnum hereditatis tuæ. *Qui tollis* peccata mundi, miserere nobis, mensurâ misericordiæ, quam ab æterno, nobis præfixisti. *Qui tollis* peccata mundi, suscipe deprecationem nostram, unam jam Domine, unam tantùm, ut videam

te. *Qui ſedes ad dexteram Patris*, miſerere nobis, ut te ita ſedentem adoremus, circumſtemus. *Quoniam tu ſolus Sanctus*, Iuſtificans peccatores. *Tu ſolus Dominus*, diſponens de vita temporali & æterna. *Tu ſolus altiſſimus*, IESU Chriſte, elevans de terra peccatores, ut colloces eos cum Principibus, cum Principibus populi tui. *Cum Sancto Spiritu*, qui faciat me In, & Ex amore Dei mori. *In gloria Dei Patris*, ad quam Filius prodigus ſuſpiro. Vel: dic Gloria nomine & affectu eorum agonizantium, qui cum Iubilo lætiſſimè ex hac vita tranſibunt.

Dominus vobiſcum, Oremus, ut ſupra. *Omnipotens*, etiam ob vim elevandi naturalem intellectum, ad ſupernaturalem nobis viſionem, *Sempiterne*, eamque faciendo æternam, *Deus, qui dediſti Famulis Tuis*, inter quos me etiam indignum computâſti, *In Confeſſione veræ fidei*, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere, pro quo dono fidei & confeſſionis, ſint tibi Domine gratiæ æternæ, *Et in potentia Majeſtatis* adorare unitatem, quam adorationem jam alio tranſlatam vellem, ut jam te in cœlo adorem. *Quæſumus*, ut ejuſdem fidei firmitate, ab omnibus, ſemper, ſed maximè in agone, muniamur adverſis. Quod à te Domine peto, per illum, per quem, quidquid impetrari poteſt, impetratur, nempè *Per Dominum noſtrum* IESUM Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti Deus, facietque me tibi vivere in æternum, *Per omnia ſecula ſeculorum, Amen. Oremus*, omnes unà totò mundo agonizantes: *Omnipotens ſempiterne Deus*, in quem credo, à quo ſpero, quem amo, *Cujus Spiritu totum Corpus* Eccleſiæ ſanctificatur & regitur, ſanctificeturque & regatur uſque in diem Magnum, *Exaudi nos*, pro univerſis, Secularium & Spiritualium, Religioſorumq; ordinibus, ſupplicantes, in hoc adhuc corruptibili corpore, *Vt gratia Tuæ munere*, ab omnibus tibi gradibus, nullo, etiam uno excepto, fideliter, non ita ſicut ego tibi famulatus ſum, ſerviatur. *Deus, qui Charitatis dona* per gratiam Sancti Spiritus, tuorum fidelium cordibus

bus infudisti, quibus omnibus cordibus te Domine mi amo. *Da famulis & famulabus Tuis*, hoc est, omnibus, soro conscientiæ, titulo doctrinæ, concionis, colloquii, exempli, beneficentiæ datæ, vel acceptæ, amoris, offensæ, notitiæ, ad me spectantibus, & quibuscunq; tandem Catholico nomine insignitis, *Salutem mentis*, ne te unquam, etiam veniali plenè deliberato peccato offendant, & *Corporis*, ut Te totâ *Virtute* diligant, ex toto scilicet habitu & posse auxilii supernaturalis à te oblati. *Et quæ Tibi placita sunt*, totâ dilectione, & in vita & agone, perficiant.

Omnipotens & misericors Deus, neminem doloribus & ægritudinibus, supra id quod potest, tentari permittens, *Qui humano generi*, & salutis remedia, quibus, placeat Domine, ne ego jam fruar, *Et vitæ æternæ munera* contulisti, quæ desidero, superdesidero. *Respice propitius* famulos tuos, infirmitate corporis, præcipuè unà mecum, laborantes, & refove animas quas creasti, ut in hora exitus illorum, quæ sit, In & Ex amore Dei, *Absque peccati macula*, quoad reatum culpæ & pœnæ, tibi *Creatori nostro*, per manus Sanctorum Angelorum, præcipuè S. Michaelis, Angeli Custodis, & Angeli in horto consolantis Dominum IESUM, *Repræsentari* mereamur. *Fidelium Deus* omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum, quas in Purgatorio reperiemus, *Remissionem*, per aspersionem Sanguinis IESU, cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam quam semper optaverunt, præcipuè autem jam in purgatorio constitutæ, piis supplicationibus, nam meæ verè impiæ sunt, consequantur. *Omnipotens sempiterne Deus*, quem sitio tandem aliquando videre, *Qui vivorum*, inter quos hactenus fui, & mortuorum, ad quos transeo, dominaris, omniumque misereris misericordia finali; *Quos tuos fide*, quam professus sum, & *Opere*, quæ mihi pauca, *Futuros esse prænoscis*, te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quas ago verè miserabiliter, & conspectu

ctu tuo indignè, fudi, *Quosque vel præsens seculum* adhuc in carne retinet, quibus ego Domine, valedico, tu benedictionem da, *Vel futurum*, jàm exutos corpore suscepit, quibus aggrega me, si placet Domine, *Intercedentibus omnibus Sanctis Tuis*, præcipuè Sanctis Patronis, quorum communionem cupimus, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum suorum, etiam quoad pœnam, veniam consequantur. Per Dominum nostrum &c. ut supra.

Lectio Epistolæ Beati, Patroni pro felici agonia, *PAULI* Apostoli, ad Corinthios. *Fratres*, ob communionem Corporis & Sanguinis Domini, *Gaudete*, ecce enim appropinquat Redemptio finalis, & tempus visionis Domini. Perfecti estote: at quanta perfectione? sicut Pater vester cœlestis perfectus est. *Exhortamini*, vos præcipuè mecum agonizantes, *Idem sapite*, quia melius est nobis mori, quàm vivere in periculo peccandi, & videre tot peccantes, *Pacem habete*, ut vobis, non inaniter Mater Ecclesiâ dicat: Requiescant in pace. O omnes prædestinati, præcipuè mecum agonizaturi, scitis quid vos maneat? hoc vos manet: *Et Deus pacis* & dilectionis erit vobiscum, per visionem & amorem Beatificum *Gratia Domini nostri* JESU Christi, eaque finalìs perseverantiæ, & charitatis Dei, ut In amore, & Ex amore Dei moriamini, & communicatio Sancti Spiritûs, per lucem gloriæ, sit cum omnibus vobis Amen. Dicite Angeli agonizantium: Amen. Dicite agonizantes: Amen. Vel: Lectio dirigatur ad unà tecum agonizantes, vel dicatur affectu secularium statu, sanctè agonizantium. *Graduale*: Benedictus es Domine, qui intueris abyssos inferni, & sedes super Cherubim, cœli. Benedictus es Domine in firmamento cœli, quod vendidisti Filio Tuo, pro pretio Sanguinis ejus, & laudabilis in secula, quod enim momentum est, quo tu laudabilis, quo tu dignus laudari non sis? hinc ex plausu huic laudabilitati tuæ, exsultans dico: Alleluia, alleluia. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, qui nos præcesserunt ad cœlum, & laudabilis in

sæcula

secula. *Tractus.* Te Deum Patrem Ingenitum, Te Filium Unigenitum, Te Spiritum Sanctum Paracletum, Sanctam & individuam Trinitatem; Hæc Domine mi, mea fides, hæc ejus professio, *Toto corde,* quia non eram dignus ore, gentibus & Ethnicis, usq; ad sanguinem, prædicare, toto inquam corde confitemur, laudamus, atque benedicimus, non in vita solùm, sed in morte. Quoniam magnus es tu, cur non magnus? qui altior es cœlo, profundior inferno, & faciens mirabilia, dum ex fatiscente & moriente, videntem te, & laudantem in æternùm, facis. Hinc profiteor: Tu es Deus solus, *Tibi* Laus, ob vitam, *Tibi Gloria,* ob agoniam, *Tibi Gratiarum actio,* ob visionem, ad quam non desidero, sed anhelo, ô Beata, quia beans etiam nos, Trinitas.

Tempore Paschali. Alleluia, alleluia. meum Pascha, Visio & amor Domini, visio & amor Domini mei est. Benedictus es Domine, ut in Graduali. Benedicamus Patrem, & Filium, cum Sancto Spiritu, qui non facit jam in limbo exspectari visionem sui, propter quod decantant illi cum Ecclesia: Alleluia. *Munda cor meum &c.* ut sanctum tuum Evangelium, quod illud? Venite benedicti Patris mei, digne valeam nuntiare. *Iube Domine benedicere,* te, beatificà benedictione. *Dominus* sit in corde meo, & labiis meis, ut digne & competenter annuntiem Evangelium suum, quod illud? Gaudium est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, annuntiem hoc Domine, & de me. *Evangelium*, Dominus vobiscum, ut supra. *Sequentia* Sancti Evangelii secundùm Ioannem, qui vivus ad suum sepulchrum descendit. *In illo tempore,* felici, quia præsentiâ corporali Domini IESU decorato. *Dixit* IESUS Discipulis suis: *Cum venerit Paraclitus,* quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis. Mitte illum Domine mi in hoc agone meo. *Qui à Patre procedit,* sed quia Spiritus veritatis est, damno schismaticorum negantium processionem Spiritûs Sancti etiam à Filio. *Ille testimonium* perhibebit de me. Perhibe Spiritus Sancte

cte, mihi testimonium, de bonitate Domini Iesu, sed & testimonium Tibi, Patri, & Filio de me, quia & amo, & æternùm amare desidero, Sanctissimam Trinitatem. *Et vos testimonium perhibebitis*, quia ab initio mecum estis. Perhibeo & ego coram cœlo, terra, inferno, testimonium, quoniam tu es bonus, superbonus, superoptimus, Domine. *Hæc locutus sum vobis.* Loquere & mihi Domine, ecce audit servus tuus. *Vt non scandalizemini*, fac etiam me Domine non scandalizari, scandalo damnatis simili, *Absque synagogis facient vos.* Condoleo Domine Statui Ecclesiæ tuæ, afflictò per infideles, affligendo graviùs per Antichristum. *Sed venit hora*, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo. Offero tibi Domine anticipatò, sanguinem Martyrio, aliquando, præcipuè ad tempora Antichristi fundendum, & antea fusum. *Et hæc facient vobis*, quia non noverunt Patrem, neq; me. O mi Iesu, novi, quasi non nossem te, & Patrem tuum: fac me, & citò, noscere vos, & Spiritum Sanctum, idq; notitiâ beatâ. *Sed hæc locutus sum vobis*, ut cùm venerit hora, eorum reminiscamini. Quando veniet hora agoniæ meæ, fac me Domine reminisci, & exsequi tot vicibus repetitum desiderium, quia opto, In & Ex amore tui mori. *Quia dixi vobis*, Utinam defendam me Domine, ad portas æternitatis interpellatus, dixit mihi Dominus: Intra in gaudium Domini tui. Vel: Euangelium dirigatur ad animas quas reperies in Purgatorio. Vel: dicatur nomine spiritualium sanctè agonizantium. *Credo*, ut in actibus morientium, Deo si placuerit, edendis. Vel affectu eorum qui cogitationib' contra fidem, fortiter restituerunt resistunt. *Offertorium*: Benedictus sit Deus Pater, qui me creavit, Unigenitusque Dei Filius, qui me redemit, Sanctus quoq; Spiritus, qui me sanctificavit, & in hoc vel maximè, quia non cum uno, vel paucis, sed quia fecit nobiscum, præcipuè autem, cum unà mecum agonizaturis, misericordiam suam. *Suscipe Sancte Pater, Omnipotens æternæ Deus*, Sancte, quia etiam peccatores sanctifi-

cans,

cans, Pater, tot prodigorum filiorum, Omnipotens, ex mortali, immortalem reddens, æterne Deus, tuos æternum faciens beatos. *Hanc Immaculatam Hostiam*, sed unà maculatissimam hostiam corporis & animæ meæ, *Quam ego*, qui mihi nomen competens ante te non reperio, nisi hoc, *Indignus Famulus Tuus*, *Offero Tibi Deo meo Vivo & Vero*, dantique participationem vitæ, & veritatis æternæ, *Pro innumerabilibus peccatis*, *& offensionibus*, itidem innumerabilibus, *& Negligentiis meis*, itidem innumerabilibus, *Sed & pro omnibus Circumstantibus*, præcipuè mecum agonizaturis, *vivis*, præsentibus & futuris, *& Defunctis*, quos in Purgatorio, reperiam, & qui post me, ad illud, usque ad diem judicii, venient. Et quare offero ut hoc sit mei erga Catholicos affectûs, quasi testamentarium signum; scilicet: *Vt mihi & illis proficiat, ad salutem, in vitam æternam.* Dic mecum popule prædestinatorum: Amen. Vel: Suscipe Domine hanc hostiam & unà corda eorum, qui ante me, hoc die agonizarunt sanctè, quo agonizabo, qui item mecum unà agonizaturi sunt: præcipuè autem offero tibi bonos. *Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem, mirabiliter*, ex pulvere in quem revertor, *condidisti*, *& mirabilius*, Sanguine Unigeniti Filii tui, *reformasti, da nobis per hujus aquæ & vi mysterium, ejus divinitatis* per visionem *esse consortes*, *Qui nostræ*, & quidem usque ad agoniam, & mortem, *humanitatis, fieri dignatus est particeps &c.*

Offerimus tibi Domine Calicem salutaris, in Sanguinem Christi mutandum, sed & unà Calicem dolorosæ hujus agoniæ, junctum Calici agoniæ Christi in horto, *Tuam precantes clementiam, ut pro nostra, & pro totius mundi salute*, quam à te Domine mi, toti mundo opto, *Cum odore suavitatis*, qui præfocet fœtorem peccatorum nostrorum, *ascendat Amen*, Vel: cum hoc calice offero di meam agoniam, & unà passiones, angustias, dolores omnium agonizantium, & meos. *Lavabo inter Innocentes manus meas*, inter quos non me reputo Domine, &

cum

cumdabo *Altare Tuum Domine,* in cœlo positum, assistendo tibi, cum aliis Sanctis, *Vt audiam vocem laudis tuæ,* in cœlo, *& Enarrem universa mirabilia Tua,* quia tu peccatorem tantum, salvas. *Domine dilexi decorem domû Tuæ,* in cœlo, & *Locum habitationis Tuæ,* in æternitate beata. *Ne perdas cum impiis,* damnatis *animam meam, & cum viris sanguinum,* super quos est Sanguis tuus in condemnationem, *In quorum manibus iniquitates sunt,* cum impœnitentia finali, tamen *Dextera eorum repleta est* toties *muneribus,* gratiæ tuæ, vocantis illos ad pœnitentiam. *Ego autem in innocentia mea ingressus sum,* in Ecclesiam militantem, per Baptismum. *Redime me Domine,* redemptione finali, *& Miserere mei,* itidem misericordiâ finali, *Pes enim meus stetit in directo,* ascensûs ad æternitâtem, felicem, à qua fac Domine mi ne cadam, *In Ecclesiis,* cœli cœlorum, *Benedicam Te Domine. Gloria Patri,* affectu desiderantis dicere illud in cœlo. *Suscipe Sancta Trinitas,* utinam ultimò jam cæcè illam nominem, & quàm citissimè, facie ad faciem, videam, *Hanc Oblationem quam Tibi offerimus, ob memoriam Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri* Iesu Christi, mente peregrinando, osculando, loca mysteriorum horum, & *In honore Beatæ* Mariæ *semper Virginis,* ad cujus plantulam, locum mihi in cœlo opto, & *B. IOANNIS Baptistæ,* qui nec levi famine linguam suam taminavit, & *Sanctorum Apostolorum PETRI & PAVLI,* rectà ad cœlum euntium, *& Istorum,* qui eo die ante me agonizârunt, quo ego agonizaturus sum, *& Omnium Sanctorum,* magnos & parvos, præcipuè, post baptismum sine usu rationis mortuos, notos & ignotos, includendo, *Vt illis proficiat ad honorem,* quo promptiùs hoc honore cumulati, juvent me, & unà mecum agonizantes, *Nobis autem,* agonizantibus, *ad salutem,* non jam corporis, sed animæ, & *Illi pro nobis dignentur,* magna enim dignatio est, pro tantillis, *Intercedere in cælis, quorum memoriam,* vel in agoniæ doloribus, *Agimus in terris.* Per eundem Christum Dominum nostrum. *Orate Fratres meæ*

agoniæ, & aliorum, dum ego agonizabo, agoniis adstituti, orate, & unà mecum agonizantes, *Vt meum*, ac vestrum Sacrificium acceptabile fiat, apud Deum Patrem omnipotentem, quem credimus, hucusq; non vidimus.

SECRETA. *Sanctifica quæsumus Domine Deus noster*, sanctitate finalis perseverantiæ, *Per Tui sancti nominis invocationem*, quam in ultimo etiam halitu meo facere peropto, *Hujus Oblationis*, unàq; meæ vitæ fatiscentis, *Hostiam*, *& per eam*, *nosmetipsos*, *Tibi perfice munus æternum*, quod accipiat æternus Pater à Filio sibi oblatum, Filius, tanquam munus recompensativum pro suo Sanguine, & Spiritus Sanctus, tanquam munus gratiarum activum, pro suis gratiis & donis. Sit autem hoc munus Per Dominum &c. *Odorem sacrificii hujus*, in quo Corpus & Sanguis Domini, à me toties oblata, ponentur, sed & odorem omnium actionum & passionum, eorum, qui unà mecum agonizaturi sunt, & si quid etiam tibi Domine, in actionibus, & passionibus meis non sordet, *Cum Gratiarum actionibus*, pro tanto mari effuso gratiarum, *Suscipe*, *& præsta*, *ut quos*, & quidem toties, & quidem vix non semper, *Exaudire & incolumes servare*, ab hoc seculo nequam, dignatus es, *Ab omni inposterum adversitate custodias*, satis enim me jam tentavit mundus, diabolus, caro, & ego fui maximus mei tentator, *Vt in Tuo servitio & amore concrescant*, concrescam, concrescente amore viæ, cum amore Patriæ. *Da Famulis Tuis Domine*, unà mecum agonizantibus, *Indulgentiam peccatorum plenariam*, *consolationem vitæ*, his qui adhuc degent, *Gubernationem perpetuam*, transferendo nos agonizantes, à regimine hujus vitæ, ad regimen jam tuum; guberna & prædestinatos tuos ut tibi perfectè & ad amussim suæ prædestinationis obediant, *Vt Tibi servientes*, nos in agonia, illi in vita *Ad tuam jugiter misericordiam*, nullo interposito momento, quo aliqui non salventur, *Pervenire mereantur*.

Miserere quæsumus Famulis & Famulabus Tuis, quocunque titulo ad nos spectantibus, sit hæc mea illis valedictio,

cla-

clamare ad te: Miserere quæsumus Domine famulis, & famulabus tuis, *Pro quibus hoc sacrificium laudis, tuæ offerimus Majestati*, laudando te pro omnibus donis eorum naturalibus, & supernaturalibus, *Ut per hæc sancta, supernæ benedictionis gratiam obtineant, & Gloriam æternæ Beatitudinis acquirant*, quam mihi, mecum agonizaturis, & aliis quocunque titulo ad me spectantibus, opto, exopto, reexopto. *Suscipe quæsumus Domine Hostiam*, te ipsum, tu enim nobis, & Sacerdos & Hostia es, *Quam tibi offerimus, pro Famulis tuis, in extremo vitæ constitutis*, si enim nunc non exaudis, nunquam jam exaudies Domine, *Et concede, ut per eam*, per eam inquam, non per ignem Purgatorii, *Universa illorum*, parva & magna, *Purgentur delicta, ut qui tuæ dispositionis*, quid enim te non ordinante fit? *Flagellis in hac vita atteruntur*, & insuper adhuc amaræ agoniæ, *In futura, Requiem*, sine doloribus Purgatorii, *Consequantur æternam*. *Hostias*, omnes à me quandocunq; oblatas, imò totius Ecclesiæ, ac in particulari à Christo, in Cœnaculo & Cruce factas, *Quæsumus Domine*, etiam de ignibus Purgatorii liberè disponens, *Quas tibi pro animabus Famulorum, Famularumq; tuarum offerimus*, non tantùm pro istis, quæ inibi modò purgantur, sed & quæ purgandæ sunt, ut titulo, non hujus meæ miserabilis precationis, sed Hostiæ salutaris per me oblatæ, diminutionem pœnarum se exspectantem, extemplò persentiscant. Hanc deprecationem pro illis nostram *Propitiatus intende*, nam à tua propitiatione salus nostra, vita nostra, cœlum nostrum pendet, *Ut quibus fidei Christianæ*, hoc est meæ, *Meritum contulisti, dones & præmium*, quo non illas tantùm, sed & Christum in illis præmiabis.

DEUS, *Cui soli cognitus est numerus electorum in superna felicitate locandus*, quis enim suæ prædestinationis securus est? certè non ego; tibi ille cognitus est, *Tribue quæsumus, ut intercedentibus omnibus Sanctis tuis*, ita, ut incipiendo à Sanctissima Humanitate Domini IESU, Deipara Virgine, usque ad ultimum, hoc momento venientium

ad cœlum, nemo sit, qui non intercedat: & quæ materia intercedendi? hæc certe, *Vt universorum quos in oratione commendatos suscepimus.* Vel, qui suscipi vellent, & *Omnium fidelium nomina, Beatæ prædestinationis liber adscripta retineat.* Si enim, per impossibile, alicujus prædestinatorum nomen ex hoc libro eraderetur, vellem illud reponere, vellem inscriptum retinere. At cujus manu, cujus charectere, id facerem? per primum Prædestinatorum, *Per Dominum nostrum, &c.* PRÆFATIO. *Per omnia secula seculorum.* Laudavi utut Dominum, non per secula, sed per spatiolum vitæ meæ, quando laudabo per omnia secula seculorum? *Dominus vobiscum* sit, animæ Purgatorii, jam per visionem, sit & vobiscum, & mecum, unà mecum agonizantes, per gratiam finalem. *Sursum corda,* unà mecum agonizantium: O si daretur cœlo illa inferre statim. *Gratias agamus Domino Deo nostro,* qui hanc vitam miseram, mortalem, noluit esse immortalem, *Verè dignum & justum est, æquum & salutare nos,* agonizantes, *Tibi, semper,* ex quo præcipue vivere cæpimus, & *Vbique,* ubi viximus, egimus, passi sumus, meriti, demeriti fuimus, *Gratias agere, Domine,* at qualis? non fastuose, non injuriative, sed *Sancte Pater, omnipotens, æterne Deus,* ex non æterno transferens in æternum. En Domine proximè exspecto, ut dicatur de me in commendatione, (quam desidero) animæ meæ, quòd fidem Trinitatis non negarim, & hanc Pater æterne professionem fidei Trinitatis, incipio à te. *Qui cum Vnigenito Filio Tuo, & Spiritu Sancto, unus es Deus, unus es Dominus, non in unius singularitate Personæ, sed in unius Trinitate substantiæ.* Quod ego Domine non capio, capere in cœlo, flagrantissimè desidero. *Quod enim de tua Gloria, revelante Te, credimus,* compingendo in corda nostra, corda omnium Ethnicorum, & discredentium. *Hoc de Filio Tuo, hoc de Spiritu Sancto, sine differentia discretionis, sentimus.* Amplius adhuc Domine evolvo fidem meam, ut tu amplius in cœlo, communices mihi visionem tui. Ad eamq; fidem

om-

omnes cohortor: *Vt in confessione veræ sempiternæq; Deitatis, & in Personis proprietas, & in Essentia unitas, & in Majestate adoretur æqualitas.* Hæc ego, in substantia, de tua substantia credo Domine, at non video, gaudeo tamen quia hanc vident, *Quam laudant Angeli & Archangeli, Cherubim quoq; ac Seraphim,* quorum tibi perspicuitates de te, ego Vespertilio fidei offero, unaque cantus eorum, *Qui non cessant clamare quotidie,* unà voce dicentes. *Sanctus,* nomine Sanctorum, qui ante Christum vixerunt, *Sanctus,* nomine Sanctorum, qui cum Christo, post Christum, ad nos usque, vixerunt, *Sanctus.* nomine eorum, qui post nos victuri sunt. *Dominus Deus Sabbaoth. Pleni sunt cœli,* quos desidero, & *Terra,* in qua agonizabo, *Gloria Tua, Hosanna in excelsis,* & quando in illa, è valle hac lacrymarum ibo? *Benedictus qui venit in nomine Domini,* per visionem se nobis ostensurus. *Hosanna in excelsis.* O si illud Hosanna cœleste, & audire, & fari citò liceret! Vel certe Præfatio dicatur nomine eorum, qui in angustiis animæ, conscientiæ, morte, majoribus pressi angustiis, & tamen sanctè agonizarunt, agonizabunt. Vel: nomine Angelorum Custodum, gratias agentium pro felici suorum agonia, invitantium alios Angelos ad similes gratias. Vel: dicatur nomine eorum, qui putabantur sceleste emortui, illi autem sunt in pace.

TE IGITUR *Clementissime Pater,* in hoc Clementissime, in hoc Pater, quia peccatores salvas, quorum ego primus sum, *Per* IESUM *Christum Filium Tuum Dominum nostrum,* quem post te videre aveo, *Supplices rogamus ac petimus,* supplicationem nostram decorantes, per eundem Dominum, procidentem in faciem suam, *Vti accepta habeas, & benedicas, hæc dona, hæc munera, hæc sancta,* & quæ aliquando obtuli, *Sacrificia illibata. In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia Sancta Catholica,* quæ me à se, ad Ecclesiam triumphantem trânsmittat, *Quam* in nobis *Pacificare,* ut requiescamus in pace, *Custodire,* ne è nobis agonizantibus, quisquam pereat, *Adunare,* ut inter viam &

terminum felicem, non intercedat Purgatorium, *& Regere digneris, toto orbe terrarum*, præcipue in hoc Regno, & toties mihi dilectis Indiis, *Unà cum Famulo Tuo Papa nostro*, eiq; successuris, & *Antistite nostro*, aliisq; totius mundi, præcipuè Indicis, & sub tempus Antichristi futuris, Episcopis, & *Omnibus Orthodoxis, atq; Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus*. *Memento Domine Famulorum Famularumq; Tuarum*, præcipuè omnium mecum agonizaturorum, omnium, pro quibus aliquando oravi, orare debui, & qui vellent, ut orem pro illis, oro autem tantâ latitudine Domine, ut desiderem, nullum reperiri, præsenti & futuro seculo, qui de fructu hujus orationis & sacrificii, non participet, & *Omnium Circumstantium*, lectum ægritudinis & agoniæ meæ, *Quorum tibi Fides cognita est, & nota devotio*, quâ pro me in agoniâ orabunt, *Pro quibus Tibi offerimus, vel qui Tibi offerunt hoc Sacrificium laudis, pro redemptione animarum suarum*, dono felicis agoniæ, perseverantiæque finalis in iis, qui jam jam agonizant. *Pro spe salutis & incolumitatis suæ*, æternæ, *Tibiq; reddunt vota sua*, pro postea agonizaturis, *Æterno Deo vivo & vero*.

Credo Domine communionem Sanctorum, eâque frui volo, in hac vita, per finalem perseverantiam, quam à te emendico, & in altera, per visionem: quam ut omnes nunc agonizantes habeamus, affectu sumus *Communicantes, & memoriam venerantes*, & cujus? non Principum, non Parentum & Benefactorum, sed *Imprimis gloriosæ*, ob triumphandum etiam in nobis diabolum, *Semper Virginis* MARIÆ *Genitricis Dei*, repeto, contra omnes Nestorianas hæreses, Genitricis Dei, & *Domini nostri* IESU *Christi*, sed & *Beatorum Apostolorum*, ac *Martyrum Tuorum*, quorum zelum, frigide quidem, tamen imitari volui, *PETRI*, cui traditæ claves cœlorum, *PAULI*, cupientis dissolvi, *ANDREÆ*, in Cruce triduum viventis, *IACOBI*, cui prædictum à Domino, quòd esset calicem bibiturus, *IOANNIS*, diutissimè ex Apostolis viventis, *THOMÆ*, Patroni, *IACOBI*, quem videre desidero, tanquam

vul-

vultu similem IESU, *PHILIPPI*, cui cum gentibus dico: Domine volo IESUM videre. *BARTHOLOMÆI*, qui se exspoliavit se ipso, ut indueret Dominum IESUM, *MATHÆI*, post telonium salvati. *SIMONIS*, ut ita dividatur corpus meum ac anima, ut divisum est serra Corpus ejus, & *THADÆI*, nomen Iudæ, in se sanctificantis, *LINI*, evecti primùm in Papatum, *CLETI*, humiliati, cùm è mente Petri ille succedere debuerit, *CLEMENTIS*, Agnum Dei videntis, *XISTI*, prophetantis Laurentio, ut mihi etiam prophetet, quòd ipsum Papam, sim secuturus in cœlum, qualis qualis Sacerdos, *CORNELII*, sine respectu etiam, Cyprianum corrigentis, *CYPRIANI*, Rhetoris Ecclesiastici, *LAURENTII*, è Purgatorio, ut fertur, sibi affectum, singulis feriis sextis liberantis, *CHRYSOGONI*, ut me consoletur cum Anastasia, *IOANNIS* & *PAULI*, è terrena aula, aulicorum cœli, *COSMÆ & DAMIANI*, ut mihi in anima sanitatem impetrent, & *Omnium Sanctorum*, præcipuè eorum, qui ante me, eo die agonizârunt, quo ego agonizaturus sum. *Quorum meritis, precibusq; concedas, ut in omnibus* momentis, & atomis agoniæ nostræ, *Protectionis Tuæ muniamur*, contra carnem, mundum, diabolum *Auxiliis*. Et cujus id ope deposco? *Per eundem Christum Dominum nostrum Amen.* Dicite omnes unà mecum agonizantes: Amen.

HANC *Igitur Oblationem servitutis nostræ*, quam Tibi Deo meo toties exhibui, immolando Christum tibi, *Sed & cunctæ Familiæ Tuæ*, præcipuè Sacerdotalis, *Quæsumus Domine, ut placatus*, hoc est immemor delictorum, juvenilis, virilis, senilis ætatis, *Accipias, diesq;* nostros, fortè diem, fortè medium diem, fortè minùs, *In tua pace disponas, atque*, (jam enim decretorium momentum instat,) *Ab æterna damnatione nos eripi*, ô fac Domine eripi, & *In electorum tuorum*, secundùm classem ad quam spectare gratiâ tuâ gratiosissima deberem, *Iubeas Grege numerari.* Per Christum Dominum nostrum Amen. QUAM *Oblationem Tu Deus in omnibus quæsumus benedictam, adscriptam,* ra-

ratam, rationabilem, acceptabilemq; facere digneris, nosque agonizantes, benedictos à te, adscriptos cœlo, ratum te habente, desiderium nostrum, videndi te, rationabilem faciendo agoniam nostram, ne ut bestiæ animam exhalemus, acceptabilemq; facere digneris, acceptando suffragia pro nobis facienda, *Vt nobis Corpus & Sanguis* fiat, dilectissimi Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, quem aveo in terra recipere, in cœlo videre. *Qui pridie quàm pateretur,* cujus passioni unio dolores agoniæ meæ, *Accepit Panem in Sanctas ac venerabiles manus suas,* in quas spiritum meum commendo. *Et elevatis oculis in cœlum,* ad quos, eleva Domine animam meam, *ad Te, Deum Patrem suum Omnipotentem, Tibi gratias agens,* cujus gratiarum actioni meas gratiarum actiones unio. *Benedixit, fregit, deditq; Discipulis suis,* ô Manus beatæ, quæ hucusq; invisibiliter porrigitis nobis hoc Sacramentum! *Dicens: Accipite & manducate,* accipiam te Domine & manducem, tanquam viaticum salutis.

CONSECRATIO: Sicut ego Domine facio consecratione, ne substantia Panis & Vini suis accidentibus sit unita; ita tu Domine, separa animam meam à corpore meo, ut jam beatè videam te, beatè, amem te. Vel: Ego Te Domine consecro, consecra me & tu tibi, in servum cœli. Et sicut hic nihil manet, quod sit substantia Panis & Vini, ita nihil in me maneat, reatûs culpæ & pœnæ. ELEVATIO: Do te Tibi Domine, ut Tu, me, accipias tibi. Sicut ego Domine hanc Hostiam in cœlum, fero, ita tu Domine ad illud, eleva animam meam. HÆC *Quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis.* Sit jam satis Domine de memoria, incipiat intuitio. *VNDE & memores Domine,* sed labili, sed interruptâ memoria, *Nos servi tui sed & plebs Tua sancta, ejusdem Christi Filii Tui Domini nostri, tam Beatæ Passionis,* per quam nos redemit à peccatis, *Nec non ab inferis Resurrectionis,* utinam & nos resurgamus cum illo, resurrectione filiorum Dei, *Sed & in cœlos gloriosæ Ascensionis,* quò suspiro, *Offerimus præclaræ Ma-*

jestæ

jestati Tuæ, de tuis donis ac datis, Hostiam puram, quæ emundet lapsus semifatuæ pueritiæ, *Hostiam Sanctam*, quæ sanctificet adolescentiam, *Hostiam Immaculatam*, quæ suppleat peccata virilis ætatis, *Panem Sanctum vitæ æternæ*, qui reficiat peccantem in provectiori ætate, & *Calicem salutis perpetuæ*, qui confortet agonizaturum.

Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris, & unà supra nos agonizantes, & *Accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri Tui justi Abel*, cum quo offero Tibi Domine, quidquid à terrena substantia oblatum est tibi aliquando, & *Sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ*, cum quo immolante Isaacum, immolavi ego me tibi, *& quod Tibi obtulit summus Sacerdos Tuus Melchisedech, Sanctum Sacrificium, Immaculatam Hostiam*, cum quo vnà tibi offero, toties tibi consecratum panem & vinum à me. *Supplices te rogamus omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus Sancti Angeli Tui, in sublime Altare Tuum, in conspectu divinæ Majestatis Tuæ*, jube & animam meam, per manus Angeli, Christum confortantis in agonia ejus, & per manus Sancti Angeli Custodis mei, in conspectum Divinæ Majestatis tuæ perferri. Jube autem perferri hoc Sacrificium in altare tuum, *Vt quotquot*, præcipuè agonizantes, *Sacrosanctum Filii tui Corpus & Sanguinem*, per modum viatici, sumpserimus, *Omni benedictione cælesti*, jam enim terrenam non desidero, & *Gratiâ*, liberativâ à reatu culpæ & pœnæ, *Repleamur*, Per eundem Christum &c.

MEMENTO *etiam Domine famulorum, famularumque tuarum & qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis*, præcipuè eorum, quos adhuc relinquam in Purgatorio, item eorum, cum quibus liberabor ex eodem, item eorum, quos juvare debui in Purgatorio, nec juvi debitè, rursus eorum, quos putavi jam in cœlo esse, & necdum sunt, eorum denique quibus occasio Purgatorii fui. *Ipsis Domine, & omnibus in Christo quiescentibus*, præcipuè in illa Ecclesia, in qua placebit tibi Domine,

ue, ut ſepeliar, *Locum refrigerij*, per aquam lateris Tui *Lucis & Pacis, ut indulgeas, deprecamur*. Per Chriſtum Dominum noſtrum. NOBIS *quoq; peccatoribus Famuli tuis*, unà mecum agonizaturis, *De multitudine miſerationum Tuarum*, quot enim & quoties illas experti ſumus *Sperantibus, partem aliquam & ſocietatem donare digneris*, in cœlis, qui non fuimus digni habere cum illis conſortium Martyrii in terris, *Cum Tuis Sanctis Apoſtolis*, Viriſq; Apoſtolicis, & *Martyribus*, re, vel voto, *cum IOANNE*, ita innocente, & tamen capite plexo, *STEPHANO*, vidente ad ſuam agoniam cœlos apertos, *MATTHIA*, in quem cecidit ſors Apoſtolatûs. & Martyrii, *BARNABA* ordinato ab Eccleſia, *IGNATIO*, frumento Chriſti, *ALEXANDRO*, penetrante muros & januas clauſas, ad ſolatium Hermetis Martyris, *MARCELLINO*, pœnitente coram Concilio, *PETRO*, prævidente, prope agoniam, quid maneret Eccleſiam ab Ario, *FELICITATE*, Matre Martyrum, *PERPETVA*, ſomnio de Martyrio præmonita, *AGATHA*, quæ connvertit corruptricem Aphrodiſiam, *LVCIA*, ante mortem ſubſtantiam diſtribuente, *AGNETE*, ab Angelo præmunita, *CÆCILIA*, de Paradiſo roſas impetrante, *ANASTASIA*, de facultatibus ſuis Martyres ſuſtentante, & *Omnibus Sanctis* Tuis, præcipuè agoniæ Patronis, *Non æſtimator meriti*, cujus menſuram non implevi, *Sed veniæ*, quam non merui, & inſuper frigide opto, *Quæſumus largitor*, admitte, admitte autem Per Chriſtum Dominum, *Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas*, quomodo enim non bona, Corpus & Sanguis Domini? *Sanctificas*, per Sanctum Sanctorum Chriſtum, *Vivificas*, nam ſub his ſpeciebus vivit Chriſtus, *Benedicis*, benedicendo etiam ad felicem mortem & *Præſtas nobis*, non excludens nos quantumvis peccatores. *Per ipſum* viventem in carne, & *Cum ipſo*, agonizante in Cruce & *In ipſo regnante* in cœlis, *Eſt Tibi Deo Patri Omnipotenti, in Vnitate Spiritus Sancti omnis honor & gloria*. Hinc Domine omnem gloriam, quam habes

The

Theandricis Christi actionibus & passionibus, omnem gloriam, à Beatissima, & quibuscunque Sanctis, denique omnem possibilem gloriam, Tibi Domine præsento & dedico.

PER *omnia secula seculorum*, & per hoc residuum vitæ meæ mortalis. *Oremus*, agonizantes, *Præceptis Salutaribus moniti & divina institutione formati*, imaginare ergo, quôd tibi jam agonizaturo imperat Christus, ut dicas, jam jam quasi ultimò, Orationem Dominicam, & unà tecum agonizantes. Itaq; *audemus dicere. Pater noster* alibi habetur. *Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis*, per dolorem pedum, *præsentibus*, per dolorem manuum, *& futuris*, per vulnus Cordis Christi, & *Intercedente Beatâ & gloriosa semper Virgine Dei Genitrice MARIA*, eaque, secundùm conditionem vitæ mortalis, agonizante, *Cum Beatis Apostolis Tuis, PETRO & PAVLO*, atq; *ANDREA*, olim agoniæ, sed sanguineæ subjectis, & *Omnibus Sanctis*, præcipuè agoniæ meæ Patronis, *Da propitius pacem in diebus nostris*, hisque jam paucis, pacem inquam à tentationibus, *Vt ope misericordiæ Tuæ adjuti, & à peccato*, finalis impœnitentiæ, *Simus liberi & ab omni perturbatione securi*, etiam phantasmatum, quæ impediat, ne in amoris tui actu moriamur. *Per eundem Dominum Iesum Christum Filium Tuum qui Tecum vivit in Vnitate Spiritûs Sancti Deus*, facietq; nos tecum vivere. CUM DICES: *Per omnia secula seculorum*, putabis inquiri à te, quid velis agere per omnia secula seculorum? respondebisque mente: Volo amare, superamare Deum, bonum super omnia! *Pax Domini*, omnes mecum agonizantes, *Sit semper vobiscum*, à puncto agoniæ, per ingressum in cœlum sine igne Purgatorii. *Intinges particulam*, ut non per Purgatorium, sed per aspersionem Sanguinis IESU, à Purgatorio libereris. *Hæc commixtio & Consecratio Corporis & Sanguinis Domini nostri IESV Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam Amen.* & quidem in vitam æternam beatam, igne

igne Purgatorii non præimpeditam. *Agnus Dei*, qui tollis peccata mundi Ethnici & Infidelis, *miserere nobis* præservando nos in agone a tentationibus contra fidem, *Agnus Dei*, qui tollis peccata mundi, Catholici & Fidelis, *miserere nobis*, dando nobis pœnitentiam finalem. *Agnus Dei*, qui tollis peccata mundi, maximè in agonia, *dona nobis pacem*, etiam ad Purgatorium nos non damnando.

DOMINE *IESV Christe, qui dixisti Apostolis Tuis, pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Loquere Domine agonizantibus nobis, hæc exspectatissima verba: Pacem meam do vobis, meipsum. *Ne respicias peccata mea*, qui oculos tibi velari in domo Caiphæ permisisti *Sed fidem Ecclesiæ tuæ*, cum qua credo, quicquid illa credit, *Eamque secundùm voluntatem tuam pacificare & coadunare digneris*, quam pacificationem ejus & coadunationem peccata mea impediebant. Fac ergo illam tu, *Qui vivis & regnas Deus per omnia secula seculorum Amen.* DOMINE *IESV Christe Fili Dei vivi*, Communica mihi te vita æterna, *Qui ex voluntate Patris cooperante Spiritu Sancto, per mortem Tuam mundum vivificasti*, Vivifica & me ut spero, vivificatione æternâ, *Libera me per hoc Sacrosanctum Corpus & Sanguinem Tuum, ab omnibus iniquitatibus meis*, pro quibus quia amo te super omnia doleo super omnia, *& universis malis*, malæ agoniæ, *fac me Tuis semper inhærere mandatis*, dando mihi donum confirmationis in gratia *& à Te nunquam separari permittas*, dando beneficium finalis perseverantiæ. *Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas Deus* cui ego serviam *in secula seculorum Amen.*

PERCEPTIO *Corporis Tui Domine IESV Christe, quod ego indignus sumere præsumo*, Dolendum quòd indignus quantumvis post toties sumptam Eucharistiam, *Non mihi proveniat in judicium*, quod jam imminet. *Et condemnationem*, quam toties merui, *Sed pro tua pietate* quam hoc ipso Sacramento consignasti, *Prosit mihi ad tutamen-*

mentum mentis, ut In & Ex amore Dei moriar, & *Corporis*, ne cum molestia aliorum, quibus toties molestus fui, fatiscam, & *ad medelam percipiendam*, contra tentationes finalem perseverantiam impugnantes. *Qui vivis & regnas cum Deo Patre in Unitate Spiritus Sancti Deus*, puniens malos, præmians bonos, *Per omnia secula seculorum* Amen.

Panem cælestem accipiam, cujus solius, si in cœlo esuries daretur, esuries foret, *& nomen Domini invocabo. Domine non sum dignus* 1. ob peccata secularis vitæ. 2. ob peccata vitæ Religiosæ. 3. ob præsentem indignam, & ad te, & ad mortem præparationem. *Corpus Domini nostri IESU Christi custodiat animam meam*, per donum, saltem à nunc, Confirmationis in gratia, *In vitam æternam* Amen. ANTE & post Communionem, fiant affectus consueti, & ii, qui adscribuntur in præparatione ad mortem. Item v. g. Sumpsi Te Domine hactenus, ut Dominum vitæ, suscipio nunc te, ut Dominum mortis. *Vel:* Suscipio te Domine per modum viatici, in vitam æternam, eo affectu, quo affectu viaticum hoc sumptum est, sumitur, ab unà mecum agonizantibus, & fortè ab unà agonizante magno servo tuo, sumetur postea. *Vel:* Ultimo te nunc sumo Domine, transfer me jam ad cœnam Agni. *Vel:* Das te mihi Domine, in cibum, quod majus est, da, quod minus est, remissionem culpæ, pœnæ, reatus. *Vel.* En jam Domine ultimò mihi Sacramentaliter benefacies, benefac dignè Te. *Vel*, non sumam in agonia Calicem Sanguinis Tui, nunc eum ad felicem bibo agoniam.

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, sive naturalibus bonis, præcipuè pro communione viatici. *Calicem salutaris*, planè ac si nunc è patulis IESU vulneribus infusus foret, *Accipiam, & nomen Domini*, IESUS, IESUS, IESUS, in agone *Invocabo, Laudans invocabo Dominum* in terra, & in cœlo, *& ab inimicis meis*, carne, mundo, diabolo, me ipso, salvus ero. *Sanguis Domini* no-

nostri IESV *Christi*, perfundens nunc & baptizans me *Custodiat animam meam in vitam æternam*, cui jam appropinquo, Amen. Communio Sanguinis ut supra. *Quod ore sumpsimus Domine pura mente*, à culpa, etiam venialissima, & à pœna, etiam momentaneissima, *Capiamus*, & *de munere temporali* Eucharistico, *fiat nobis Remedium* contra mala agoniæ, *Sempiternum*. *Corpus Tuum Domine quod sumpsi*, indignè, & *Sanguis*, quem, præconsecrato per sumptionem Corporis tui ore, potavi, & tamen indignè *Adhæreat visceribus meis*, ut eum non evellat, nec abradat ulla tentatio; adhæreatq; ita, ut etiamsi damnari deberem, non separer ab amore Dei mei, & *præsta, ut non in me remaneat*, & magnorum *Scelerum*, & venialium peccatorum, *Macula*, mirum enim est si manere possit, in eo, *Quem pura*, & *Sancta refecerunt Sacramenta*. *Qui vivis*, faciesq; me mori mortalitati, & *Regnas* adsciscendo me tibi pro servo, *In secula seculorum* Amen.

Postcommunio. Pro præsenti vita Domine & via, non scio benedicere te, sed quo affectu vides Domine, quo in cœlo (ut spero) benedicam te, primùm; eo affectu nunc dico: *Benedicamus Deum cœli*, & *coram omnibus viventibus*, vità beatà, vità ad Purgatorium, vel infernum damnatà, vità, sed adhuc agoniæ subjectà, *Confitebimur ei, quia fecit nobiscum misericordiam suam*. *Dominus vobiscum* Sancti, quos reperiam in cœlo, vobiscum animæ Purgatorii, vobiscum agonizantes. Oremus, iisdem.

Proficiat nobis ad salutem Corporis, ut scilicet, cum corpore resurgamus, & *Animæ*, ut in actu amoris moriamur, *Domine Deus noster*, noster beneficentia, noster amore, *Hujus Sacramenti*, per modum viatici, *Susceptio*, & *sempiternæ*, quæ me æternitate beatâ donet, *Sanctæ*, quæ me sanctificet, *Trinitatis*, *ejusdemq; individuæ Unitatis Confessio*; cui confessioni, quam citissimè oro Domine, succedat visio. Per Dominum nostrum IEsum Christum, hanc ipsam visionem nobis meritum. Oremus agonizantes. ***Deus, qui neminem in te sperantem nimiùm affli-***

per-

permittis, ne quidem diuturnâ & aliis molestâ ægritudine, *Sed pium precibus*, toties exauditis, *Præstas auditum*, *pro postulationibus*, quibus toties indulsisti, imò fermè semper, *Votisq;* statûs Spiritualis, *Susceptis*, *gratias agimus*; *Te piissime* ore agonizabundo *deprecantes*, *ut per hæc quæ sumpsimus*, à cunctis *eripi mereamur adversis*, felicis agoniæ impeditivis. *Libera quæsumus Domine à peccatis* totius vitæ, & *Hostibus*, *carne*, *mundo*, *diabolo*, nobismetipsis, *Famulos* tuos agonizantes *Tibi supplicantes*, *ut in sanctâ*, cum IESU & MARIA, *conversatione*, ad finem usq; agoniæ, *Viventes*, *nullis afficiantur adversis*, felicis agoniæ impeditivis. *Divina*, Viatici, *libantes mysteria*, *quæsumus Domine*, *ut hæc salutaria Sacramenta*, *illis proficiat ad prosperitatem* felicis agoniæ, & *Pacem*, sine Purgatorio, ad æternam felicitatem transeundo, *Pro quorum*, *quarumque dilectione*, fortè in hac vita, ultimò exhibenda, *hæc Tuæ obtulimus Majestati*. *Quæsumus Domine*, non justitiam tuam quam timemus, non Majestatem, quia & hanc reveremur, sed *Clementiam tuam*, *ut per hujus Virtutem*, per modum viatici sumpti, *Sacramenti*, *famulos tuos*, & me cum illis, *Gratia tua*, unam, unam hanc, & unicè desidero, nempè ut me, ut nos gratia tuâ, etiam contra venialia peccata, *confirmare digneris*; *ut in hora mortis* nostræ, *non prævaleat contra nos adversarius*, imò nec ulla jam, vel venialis labes, *Sed cum Angelis tuis*, Angelo te confortante in agonia tua, & meo custode, *Transitum* mereamur *ad vitam*.

Animabus quæsumus Domine Famulorum Famularumq; tuarum, qui unquam pro defunctis orarunt, *Oratio proficiat supplicantium*, præcipuè autem proficiat illis, quas in Purgatorio reperturus sum, *Ut eas à peccatis omnibus exuas*, *&* *tuæ redemptionis*, per visionem beatam, *Facias esse participes*. *Purificent nos*, non solum à culpa venialissima, sed & à pœna, etiam momentanea, *Quæsumus omnipotens & misericors Deus*, *Sacramenta*, non solùm hodie, sed totâ vitâ, *quæ sumpsimus*: *&* *intercedentibus omnibus Sanctis tuis*, incipiendo à primùm cum Christo ingressis,

usque ad ultimum, momento agoniæ nostræ ingressurum *Præsta, ut hoc tuum Sacramentum, non sit nobis reatus ad pœnam*, ô quot enim aliis titulis meremur illam, *Sed intercessio salutaris ad veniam*, ut non jam nos, pro venia consequenda intercedamus, sed illud pro nobis. *Sit ablutio scelerum*, ut verum sit de nobis, quòd sumus dealbati in sanguine Agni, *Sit fortitudo*, maximè in agonia, *Fragilium, sit contra omnia mundi pericula*, cum agonia finienda, *Firmamentum*. Permitte Domine, ut proximè agonizaturus, valedicam vivis & defunctis, precando illis, ut hoc Sacramentum, *Sit vivorum atq; mortuorum fidelium, remissio omnium delictorum*, quod facio. Per Dominum nostrum IESUM Christum, &c. *Dominus vobiscum*, dicatur valedictivè. Et sicut ego Domine finio hoc Sacrum dicens: *Ite missa est*, ita tu dic Sanctis meæ agoniæ Patronis: Ite, hæc anima missa est, decreto meo, in cœlum, & cum tota Ecclesia militante & triumphate dico: Deo gratias. *Placeat tibi Sancta*, quam profiteor, *Trinitas obsequium*, in vita seculari, religiosa, sacerdotali, *Servitutis meæ, & præsta, ut Sacrificium quod* gratiâ tuâ, de me, de meis, de Eucharistico dono, *Oculis tuæ Majestatis*, verè *indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihiq; & omnibus pro quibus illud obtuli*, sit te miserante, secundùm magnam misericordiam. *Propitiabile*. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Benedicat vos* nunc viventes, nunc mecum agonizantes, post me victuri, *Omnipotens Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus*. Amen. Ego recito adhuc Domine contra omnes tentationes fidem impetentes, initium Evangelii, & tu mihi da, da cito Domine, initium Visionis tuæ.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Hoc erat in principio apud Deum, & hæc fides mea de te, ô Deus, ô Verbum. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est*, corpus meum, quod hîc vermibus lego, anima mea, quam tibi recommendo, dona mea naturalia, & supernaturalia,

lia, quæ tibi consigno, opera manuum tuarum sunt. *In ipso vita erat*, participem de illa æterne, *Et vita erat lux hominum*, ô lux, da mihi lumen gloriæ, *& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt*, nec me Domine tenebræ cumprehendant damnationis æternæ. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum*, fui & ego Domine missus à te, ut testimonium perhiberem de te, parce quia indigne perhibui, & si Domine credidit aliquis per me, accepta illum Domine, pro tuo. *Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine*, etiam nunc vellem vivere, etiam incertus salutis vivere, & tibi cum Sancto Patre, testimonium perhibere. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, illuminasti & me Domine, acceptavine illuminationem tuam in primo usu rationis meæ? *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*, cognosco ego te Domine, licet Deum absconditum, nomineq; totius mundi cognosco. *In propria venit, & sui eum non receperunt*, tuus sum ego Domine, & toties te Eucharisticè recepi, sed quasi non recepissem, quia indigne recepi. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus.* Credo ego Domine, da mihi potestatem Filium Dei, per visionem & amorem beatum, fieri. *Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Valedico huic sanguini, valedico carni, valedico prædestinatis, & Sanctis viatoribus, qui ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, quod pronuntio, ut quasi fulmine sacro, repellam à me, omnes potestates diaboli, *& Habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre*, quem ego miser non vidi, sitio videre, *Plenum gratiæ & veritatis.* Genuflexionem autem fac corde, in loco agoniæ IESU, in loco agoniæ MARIÆ, in loco agoniæ tuæ, rogans tibi dari gratiam sanctæ agoniæ, & pœnitentiæ finalis, Amen.

AMOR & DESIDERIUM COELI.

O Cælum, toto me desidero Te. O cælum cæli, toto me anhelo ad Te. O cælum cælans, toto me festino ad Te. O domus Dei, quando inhabitabo Te? O ingens locus habitationis Dei, quando capies me? O terra viventium, quando vivam in te? O Patria, quando revertar in te? O gaudium Domini mei, quando intrabo in te? O civitas Dei, quando civis tuus ero? O Ierusalem, quæ sursum es Mater nostra, quando videbo, & inibo claritatem tuam? O terra promissionis, quando veniam ad te? O Templum Domini, quando visitabo te? O lætantium habitatio, quando lætabor in te? O regnum, quando regnabo in te? quando regnabis in me? O hereditas, quando hereditabo te. O tabernaculum admirabile, quando ingrediar te? O regnum pacis, quando pacificabor in te? O Beatorum sedes, quando & ego sedebo in te? O Christi & Sanctorum hereditas, quando adibo te? O quæ ædificaris ut Civitas, quando inserar structuræ tuæ? O Paradysus, quando incolam te? O Portus, quando tenebo te? O Bravium, quando apprehendam te? O Corona justitiæ, quando coronabis me? O regio beatitudinis, quando beatificabis me? O Sion, quando videbo Deum Deorum in te? O pulchritudo pacis, quando exornabis me? O tabernaculum fiduciæ, quando in te securus ero? O requies opulenta, quando ditabis me? O vitæ perennis fons, quando satiabis sitim meam? O bonum, & omnis boni plenitudo, absq; metu omnis mali, quando adjungar bonis tuis, & ero quasi unus ex iis? O beata æternitas, & æterna beatitudo, quando æternabo in te? O gloria Dei, quando glorificabo Deum, & glorificabor à Deo, in te? O torrens voluptatis, quando potabis me? O Civitas Regis Magni, quando conscribar in te? O cœna magna, quando accumbam ad te? O denarius diurnus, quando redderis mihi? O fluvius pacis, quando immitteris in me? O vitæ fontes aquarum, quando reducar ad vos? O ubertas Domus Dei, quando inebriabor abs te? O gloria Domini, quando apparebis ad satiandum me? O meridies, quando meridiabor in te? O terra lacte & melle manans, quando perveniam ad te? O Possessio, quando inibo te? O merces magna nimis, quando eris mihi?

DESIDERIA EXCEDENDI, EX VITÆ HUIUS MISERIIS.

DEsidero & cupio dissolvi, à vinculis corporis materialis, corruptibilis, corrupti, corrumpentis. Desidero, & cupio dissolvi, à vinculis corporis onerosi, miseri, infirmi, fragilis, vilis. Desidero, & cupio dissolvi, à vinculis corporis sordidi, fœtentis, tabescentis. Desidero, & cupio dissolvi, à vinculis corporis, necessitatibus perpetuis obnoxii, assidua & abjecta servitia, exigentis & ingratitudine, reddentis. Desidero, & cupio dissolvi, à corpore gravante animam, impediente, inquinante, decipiente, in perditionem trahente. Desidero, & cupio dissolvi, à vita mortali, à vita moriente, à morte vivente, & præcipiti, perenniq; cursu, in non esse, fluente. Desidero, & cupio dissolvi, à statu vitæ illusorio, & illudente, nunquam in eodem statu permanente, sive quoad corpus, sive quoad animam. Desidero, & cupio dissolvi à statu inquieto, laborioso, sine requie, sine securitate. Desidero, & cupio dissolvi, à statu, & miseriis, periculisq; peregrinationis, & exilii à Deo. Cupio & desidero dissolvi, à statu peccati, & periculis perennibus peccandi, & iram Dei incurrendi, atq; à gratia excidendi.

Desidero, & cupio dissolvi, à statu conflato ex necessitatibus & occasionibus æternæ perditionis, tam in corpore, quàm in anima. Desidero, & cupio dissolvi à statu composito, ex impedimentis salutis æternæ, & stare in gratia obediendi Deo, & perveniendi ad Deum, amandi Deum, & inhærendi Deo, fruendiq; Deo. Desidero, & cupio dissolvi, à statu dubio valde de salute æterna. Desidero, & cupio dissolvi, à statu pleno inconstantiæ, cæcitatis, errorum, perplexitatis, vanitatis, stultitiæ, malignitatis, illusionis. Desidero, & dissolvi cupio à statu, in quo, vilissima quæq; sunt, in necessitate, & indigentia, & in pretio, & in cura perpetua; æterna autem sunt in ignoratione, contemptu, neglectu, oblivione, fastidio, nausea, irrisione. Desidero, & cupio dissolvi, à statu in quo nequit anima fideliter, constanter, incessanterq; adhærere summo bono, ejusq amori, desiderio, laudationi, fruitioni. Desidero, & cupio dissolvi, à statu periculi assidui, & pene evidentis, atq;

omnino (si desit gratiâ Dei,) necessarii, excidendi ab ultimo fine, incidendi in ultimnm malum. Desidero, & cupio dissolvi, à statu, continui, periculosissimi, & difficillimi belli, non tantùm cum corpore & sanguine, & sensualitate, atque concupiscentiis infinitis, sed etiam adversus nequitias spirituum nequissimorum, atque potentissimorum, & ad impugnandum vigilantissimorum. Desidero, & cupio dissolvi, à statu mortalitatis, & mortis, ad statum immortalitatis, & æternæ vitæ. Cupio, desideroque dissolvi, atque demum pervenire ad statum omnibus prædictis miseriis vacuum & securè quidem vacuum, omnibus autem contrariis felicitatibus, æternaliter plenum, æternaliter possidendum, æternaliter fruendum. Infelix ego homo: Quis me liberabit de corpore mortis hujus? de corpore aggravante animam? Educ quæso Domine, educ de custodia, animam meam. Me exspectant justi, donec retribuas mihi, & introducas me in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum tuam: ad confitendum nomini tuo, ad videndum faciem tuam, ad fruendum & laudandum te, in secula seculorum. Amen.

PARAPHRASIS ORATIONIS DOMINICÆ.

PATER NOSTER AGONIÆ.

I.

P*Ater noster*, In quem tantùm credidi, videam te. *Qui es in cælis.* Sim etiam ego ibi. *Sanctificetur nomen tuum.* In Oriente, ubi tot infideles, & Saraceni: in meridie, ubi tot Ethnici & Schismatici: in Septemtrione, ubi tot Hæretici & Pagani: in Occidente, ubi Sancta Ecclesia Romana; ut ita totus orbis serviat tibi. *Adveniat Regnum Tuum.* Et quid jam aliud desiderare possum, nisi illud regnum. *Fiat voluntas Tua sicut in cælo & in terra.* Si me Domine vis salvari, fiat voluntas tua; si damnari, fiat voluntas; dummodo in hoc sit voluntas semper tua, ut amem te. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Te scilicet Panem cœlestem, ut incipiam visione beatâ sumere hodie, hodie, non post multas, quas merui, Purgato-

gatorii, exſpectationes. *Et dimitte nobis debita noſtra.* Ob quæ doleo ex corde, hoc ſolo nomine & titulo, quia te ſummum & infinitum bonum offendi. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Omnibus omninò, omnibus ex corde, etiam iis, qui nunquam me offenderunt, offendere parati erant, ſi occaſio tuliſſet. *Et ne nos inducas in tentationem* imperſeverantiæ finalis, ò Domine, ne me inducas in illam. *Sed libera nos à malo*, damnationis æternæ, libera à malo corrupti jam corporis & fatiſcentis, Amen. Fiat, fiat Domine.

II.

PAter noſter, Agnoſce me jam morientem pro filio, agnoſce creaturam tuam. *Qui es in cœlis*, reſpice de cœlo ſancto tuo, & libera me. *Sanctificetur nomen tuum*, & imprimatur ori & cordi meo, uſque ad ultimum exſpirium meum, nomen IESUS. *Adveniat Regnum Tuum*, & excludat infernum, quem juſtè timeo, quia merui. *Fiat voluntas Tua, ſicut in cœlo & in terra*, fiat voluntas in cœlo, ſalvatio noſtra, in terra, ſanctificatio. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, quanquam nec hodie, ſi placet, quia cupio te videre. *Et dimitte nobis debita noſtra.* Domine Domine, quia infinitè bonus es; ſed & bonitatem tuam offendi! Dimitte ergo Domine, quia copioſam mei accepiſti redemptionem, Sanguinem Filii tui, Domini mei, & tunc dimittas Domine ſeruum tuum in pace. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Nemo jam Domine mihi quidquam debet, tu tantùm Domine debeas mihi amorem tui, te ipſum. *Et ne nos inducas in tentationem.* Occurrite ergo Angeli Domini, ne prævaleat mihi inimicus. *Sed libera nos à malo*, agoniæ malæ, IESU agonizans, in agonia mea, miſerere mei, Amen.

III.

PAter noſter, affectu S. Franciſci renuntiantis amori Patris carnalis, decet enim eum omnibus terrenis renuntiare, qui æternitati appropinquat. *Qui es in cœlis*,

affectu S. Ignatii, Quam ſordet, inquit, terra. *Sanctificetur nomen Tuum*, affectu S. Ignatii Martyris, nomini Jesu affecti. *Adveniat Regnum Tuum*, affectu S. Pauli dicentis: Cupio diſſolvi & eſſe tecum. *Vel* affectu S. Latronis, dicentis: Domine memento mei. *Fiat voluntas Tua, ſicut in cælo & in terra*, affectu Beatiſſimæ dicentis: Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, affectu Sancti Chryſoſtomi, deſiderio Euchariſtiæ exclamantis: Unus ſit nobis dolor, hac eſca privari! Vel affectu S. Catharinæ Senenſis, ſolo Euchariſtiæ uſu, tot dies victitantis. *Et dimitte nobis debita noſtra*, affectu Thaidis orantis: Qui plaſmaſti me, miſerere mei. *Vel* affectu Mariæ Magdalenæ, *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, affectu S. Stephani dicentis: Ne ſtatuas illis hoc peccatum. *Et ne nos inducas in tentationem.* affectu Sanctorum Eremitarum. *Sed libera nos à malo*, affectu Chriſti dicentis: Ego veni ut vitam habeant. Amen, affectu Sanctiſſimæ Trinitatis, omnia nobis bona infinito amore volentis.

Pro via Purgativa.

I.

PAter noſter, Cujus ego jam non ſum dignus vocari filius. *Qui es in cælis*, & ego in fœtoribus peccatorum meorum. *Sanctificetur nomen Tuum*, quod ego unà cum Sanguine tuo, proculcavi. *Adveniat Regnum Tuum*, juſtis tuis, electis, mihi autem mille inferni, & mille damnationes, modò & illic, amem te. *Fiat voluntas Tua ſicut in cælo & in terra.* In cœlo, ubi in libro viventium non ſum dignus inſcribi; & in terra, hoc eſt in pœnis meis æternis, quibus conteratur cor meum, puniatur malitia mea. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*, Panem lacrymarum, flebo Domine, & flebo amarè, quia & Tu Domine fleviſti pro me. *Et dimitte nobis debita noſtra*, ut ſit in æternitate experimentum, quantos etiam peccatores, ſalvet Deus? *Sicut & nos dimittimus debitoribus*

vibus nostris, sed quos ego habeo? nullos Domine, nullos tales, quibus facta remissione, taxare possim remissionem mihi faciendam, qui peccavi infinities infinitè, iis, quos, et si quos habeo, plenè remitto. *Et ne nos inducas in tentationem.* Sed quam? quæ ego ipse sum mihi. Quid me curat mundus? non ergo tentat me; etiam diabolo factus sum odibilis, vix ille, imò potius non tentat me; ego me tento Domine. Ne me ergo inducas in tentationem, quæ sum egomet ipse mihi. *Sed libera nos à malo.* Non libera me Domine etiam à pœnis æternis, bonum illæ mihi sunt, quia bonum tuum, qui te à me, per illas vindicas, non libera me à pœnis etiam hujus vitæ temporalibus, sed libera me à malo, non amandi te, libera me à malo, ne tu, non ames me. Amen. ama me Domine, Amen, Amo te Domine, amo, amo, amo Amen.

II.

PAter noster bene noster, certè enim si aliorum non esses Pater, non esses mei respectu Pater, neque enim tantus peccator, filius tuus est. *Qui es in cælis*, ego enim quasi expuli te è terra, fœditate peccatorum meorum. *Sanctificetur nomen Tuum*, ad supplendum despectus, quos à me tulit. *Adventat Regnum Tuum*, ne regnet peccatum in meo mortali corpore. *Fiat voluntas Tua sicut in cælo & in terra*, ut cœlum & terra suppleant, quia non amavi te. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Imò non da Domine, quia ego ad te offendendum bonis tuis usus sum. *Et dimitte nobis debita nostra*, quia ego quidem sum qui peccavi, ego quî deliqui, sed qui pro me satisfecit, Filius tuus est. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* En ego id facio ex toto corde meo, dimitte etiam mihi Domine peccata mea, ex toto corde tuo. *Et ne nos inducas in tentationem*, cupio enim corrigere me Domine. *Sed libera nos à malo*, uno, uno Domine, hoc est offensa tui, Amen.

III.

P*Ater noster*, & ego parricida, quantùm ex me, tuus. *Qui es in cœlis*, quorum ego altitudinem videre non sum dignus, quia peccavi in cœlum, & coram te. Es in cœlis, non in me, quia ego sum infernus tibi. *Sanctificetur nomen Tuum*, ut radicetur robustiùs in corde aliorum, gratia tua, ne ipsi veniant in hunc locum peccatorum, ad quem ego miserabilis perveni. *Adveniat Regnum Tuum*. Ita ego peccatis meis gravatus sum, ut ad illud non possim pervenire, veniat ergo illud ad me, influxibus gratiarum. *Fiat voluntas Tua, sicut in cælo & in terra*, in me enim, & à me, non fit, nisi contra voluntatem tuam. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Sed quare? ideoné quia ego te saturavi opprobriis, & sceleribus meis irritavi? Sed nondum eneca me fame Domine, ut non moriar, priusquam plangam dolorem meum. *Et dimitte nobis debita nostra*. Nobis? Ego unus peccans, sum pro multis peccantbus. Dimitte nobis peccata nostra, neq; enim ego, dimitto à me peccata mea. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, inter quos parce Domine, si recenseo te: Debitor es, quia me antequam peccâssem, vivum in inferno sepeliri non mandasti. Sed potiùs ego tibi debitor sum, pro tua misericordia, & diuturna exspectatione. *Et ne nos inducas in tentationem*, & si illi succumbere debeo, malo potiùs mi Domine mori, malo mori. *Sed libera nos à malo*, iræ, & indignationis tuæ, Amen.

Pro via Illumnativa.

PATER NOSTER EUCHARISTICUM.

P*Ater noster*. Qui me Eucharistiâ concorporeum, & Consanguineum tuum facis. *Qui es in cælis*, sub speciebus Eucharisticè. *Sanctificetur nomen Tuum*, sanctificetur & anima mea, & corpus meum, Corpore & Sanguine Sancto Tuo. *Adveniat Regnum Tuum*. Tu IESU Rex, tu regnum, te desidero, veni Domine IESU, adveniat regnum tuum, Tu ipse in me. *Fiat voluntas Tuá sicut in cælo &*

lo &.

lo & in terra, quomodo enim tu id non mereris, qui ad voluntatem vilis creaturæ tuæ consecrantis, sistis te Sacramentaliter. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* O dignatio! Itanè quotidianus factus es mihi IESU! desidero, ah desidero, da mihi te hodie, da quolibet hodie, & supersanctè da, & hodie, felicis agoniæ, & da, jam non quotidianum, sed majori quam ante fide, cultu, amore recipere. *Et dimitte nobis debita nostra.* iis, quos ita sumptuosè pascendo, amas. *Dimitte nobis debita nostra*, præcipuè indigna communione contracta. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, quos velim omnes pastos Sanctissimo Corpore tuo. *Et ne nos inducas in tentationem*, fastidiendi te. *Sed libera nos à malo*, carendi in pœnam Sacramento hoc tuo. Amen.

PATER NOSTER CRUCIFIXI.

PAter noster. Qui nos morte tuâ generas. *Qui es in cœlis*, nunc in Cruce etiam. *Sanctificetur nomen tuum*, affixum Cruci. *Adveniat Regnum tuum*, promissum Latroni. *Fiat voluntas Tua sicut in cœlo & in terra*, qui Patri obediens fuisti usque ad mortem, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, felle & aceto potate. *Et dimitte nobis debita nostra*, & cur enim hic pendes, nisi ut dimittantur? *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, imitando te, qui dixisti: Pater, dimitte illis. *Et ne nos inducas in tentationem.* Iam enim tentatus es per omnia. *Sed libera nos à malo*, malorum maximo, quod est non amandi te, IESUM Crucifixum. Amen.

PATER NOSTER MARIANUM.

PAter noster. Qui nos voluisti habere & Matrem MARIAM. *Qui es in cœlis*, & in utero Virginis. *Sanctificetur nomen Tuum*, & post Tuum, nomen deliciosissimum MARIA. *Adveniat Regnum Tuum*, in quo Regina est MARIA. *Fiat voluntas Tua, sicut in cœlo & in terra.* Quia facta est, & in MARIA dicente: Fiat mihi secundùm verbum

bum tuum. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, sed per manus MARIÆ. *Et dimitte nobis debita nostra*, hoc enim etiam postulat à te, quæ peccatores non abhorret, sine quibus nunquam foret, tanti Mater filii. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, quia Tu & MARIA dimittis illis. *Et ne nos inducas in tentationem*, nam & Virgo Mater repellere à me optat potestates diaboli, *Sed libera nos à malo*. Diligo enim, diligo post Deum MARIAM, cui enim diligenti MARIAM, malè est? Amen.

Pro via Unitiva.

PATER NOSTER, VOLENTIS UNIRI DEO per contemptum sui.

P*Ater noster*, in hoc mihi Pater sis, ut non parcens affligas me. *Qui es in cœlis*, & ego sim in linguis, cruce, repetitis mortibus. *Sanctificetur nomen tuum*, de me autem nemo bene sentiat, loquatur. *Adveniat Regnum Tuum*, mihi autem veniant mala, ut nihil in me, Cruce & afflictione vacuum sit. *Fiat voluntas Tua sicut in cælo & in terra*, mihi autem nihil secundum voluntatem accidat, excepta voluntati amandi Te, in cœlo, & in terra. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Me autem satura absinthio confusionis, pane dehonestationum. *Et dimitte nobis debita nostra*, sed non aliter, nisi per multas tribulationes & Cruces. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, quibus ita planè Domine dimitto, ut in posterum, nullum habeam inimicum. Omnes ergo Dominos famæ meæ, taxandi me, & deprimendi, constituo; non jam amplius futuros debitores, restituendi, redintegrandi, in pristinum revocandi. *Et ne nos inducas in tentationem*, fugiendi Crucem, & appetendi salutem, aliâ viâ quàm viâ Crucis. *Sed libera nos à malo* successuum, plausuum, contentationum mearum. Amen.

PATER

Pater noster, volentis unionem per amorem.

Pater noster. Quem si non amo, nihil amo, ex anima mea, ex totis viribus meis, amo: & si parum est, adhuc plûs & plus & super plus amo. *Qui es in cælis*, & ego ubi? etiam in cœlis, quia ego amo te, verè, verè cupio, transire in te, ut ubi es tu, illic & ego sim. *Sanctificetur nomen tuum*, quia si non sanctificatur, morior, mille mortibus morior: quia vita mea, Sanctificatio nominis tui. Fac me Domine (en stultesco amore) dispensatorem donorum tuorum, inveniam ego, in Thesauro Tuo, modos sanctificandi nomen tuum. Sed sanctifica tu illud per te ipsum. & cur non sanctificas? ego, ego reus sum, quia non sanctificavi, non sanctifico, & nisi gratia tua vicerit, non sanctificabo me ipsum. *Adveniat Regnum Tuum*, regnet in nobis amor tui, ita ut simus famuli, subditi, servi, mancipia amoris tui. *Fiat voluntas Tua, sicut in cælo & in terra*. Si possem (quod impossibile) hodie esse in cœlo, sed te nolente, nolo Domine, millies dico, infinities dico: Nolo Domine, fiat voluntas tua in cœlo. Si possem crescere talentis, donis, etiam gratia tua, sed te nolente, ejuro Domine, nolo, fiat voluntas tua, in terra. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Tune mihi Deus, tu portitor panis? quas ego tibi grates? habeo ego donum, sed de illo disponere non possum, jam nosti Domine quod illud? te ipsum, si dignaris, vellem te donare tibi. Dono tibi pro bonis tuis, Te ipsum. *Et dimitte nobis debita nostra*. Quod maximum debitum? debitum amandi te, dimitte illud Domine; quis enim ita te amat, ut amare deberet? Dimitte nobis hoc debitum, & pro nobis ama te, & non potes nisi exhaustive obligationis nostræ, amare te. *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. Primus quodammodo debitor tu es Domine, debes quodammodo amare me, quem Filius tuus redemit. *Et ne nos inducas in tentationem*, peccandi & non

non amandi te. En in amore tuo multas tentationes habeo, en tentor, ut amem te, ſicut te IESUS & MARIA amant, ſicut tu teipſum amas. Sed volone id ex corde? volo, quia amo, quia bonus infinitè es. Me ſic, ſic amantem, ne inducas in tentationem peccandi contra te, in poſterum. *Sed libera nos à malo*, quo? ab extinctione huius ignis amandi. Loquar ad Dominum DEUM meum cum ſim pulvis, & cinis: do ego tibi Domine modum liberandi me à malo; annihila me Domine, ſi non debeo amare te. Amen. Non ſim, ſi non debeo amare IESUM, Amen. Pereat mundus, ſi non amat IESUM. Amen.

PATER NOSTER, VOLENTIS UNIONEM per viſionem Beatam.

P*Ater noſter*, & quis ego Filius, qui non novi Patrem! Oſtende mihi faciem Tuam, ut videam Te. *Qui es in cœlis*, & quouſque ego in terris? Tu es in cœlis, quis mihi dabit pennas ut evolem, ut gaudeam aſpectu tui? *Sanctificetur nomen Tuum.* Sed non Sanctificatur Domine. Educ ergo de cuſtodia corporis animam meam, ut ſim in loco, ubi dignè ſanctificatur nomen tuum, & eſt perpetuum feſtum, adorandi & amandi te. *Adveniat Regnum Tuum*. Advenit aliis, & cur non mihi? ſed indignus ſum? ita planè indigniſſimis indignior ſum! ſed homines & jumenta ſalvabis Domine? ſalva Domine hoc jumentum tuum. *Fiat voluntas Tua, ſicut in cœlo & in terra*, in cœlo fit, in terra autem judico non fieri voluntatem tuam, imò in me ipſo experior, non fieri voluntatem tuam, nec eſt modus Domine promptior, ut fiat ſemper, niſi ut jubeas me venire ad te, & cur non jubes? *Panem noſtrum quotidianum, da nobis hodie*, vel potius jam, vel fame, eneca me Domine, ut tranſeam ad te. *Et dimitte nobis debita noſtra.* hoc eſt, quod impedit me ne videam te, quia homo peccator ſum. Sed quando dicam felix verbum: Peccator fui, jam non ſum?

ſum? tunc cùm videbo te! Dimitte ergo Domine, ut videam te. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*, non eſt meum dimittere aliis, alij enim ſunt ſervi tui, & ſervi magni, ego autem minimus, qui non ſum dignus vocari ſervus tuus. Dimittant illi mihi, & dicant: Videat Deum homo iſte nequam. *Et ne nos inducas in tentationem*, quia Domine in illa non proficio, ſed induc me ad viſionem tui. *Sed libera nos à malo*, vita præſenti, jam enim malum mihi, ô quantum, & quale! non videre te, non amare beate. Amen ſit vitæ meæ Amen, videam, & amem te in æternum.

MINVTIÆ ACTUUM.

ACTVS MATVTINI.

Hi Actus maximè quidem Sacerdoti, ſed & unicuique uſui eſſe poſſunt.

CREDO te Deum meum eſſe, & Remuneratorem eſſe, & ad te, tanquam ad ultimum finem, & bonum meum, cor meum, & animam meam converto, teque diligo ſuper omnia Gaudeo te unum eſſe in natura, & Trinum in Perſonis. Creator, & conſervator Univerſi, tu es, Sanctificatorque rationalis creaturæ. Gaudeo, tuâ providentia omnia geri; gaudeo, tuo dominatui reſiſti non poſſe: gaudeo te ubique eſſe præſentem, digniorem omni honore, & appretiatione, gaudeo te in omni perfectione infinitum eſſe; gaudeo te eſſe, qui es. 4. Da mihi Domine donum Fidei, Spei, Charitatis; da mihi Domine gratiam, te ſolum quærendi, amandi, æſtimandi ſuper omnia, da mihi gratiam Domine

mine inhærendi corde, tibi præsenti, rejiciendi omnia in tuam providentiam & voluntatem, subdendi me plenè tuo dominatui. Da mihi Domine gratiam serviendi tibi, famâ mea, honore meo, animâ mea, corpore meo: denique da mihi gratiam serviendi tibi, toto me. 3. Et ego Domine desidero, tantùm te amare, quantum tu in te amabilis es, tantùm te glorificare, quantùm tu in te glorificabilis es, tantùm te adorare, quantùm tu adorabilis es; tantùm vellem mori pro te, quantum tu dignus es, ut nos pulverizemus ante te. 4. Toties autem desidero te amare, glorificare, adorare, toties vellem mori pro te, & pulverizare me ante te, quoties, & qua infinitudine, continentur in te omnia possibilia, & eorum replicabilitate. 5. Gratias tibi ago Domine, pro facto Incarnationis decreto, & quidem cum hac in individuo humanitate, cum hac gratiarum mensura. Credo quidquid; ad humanitatem tuam, Domine mi Iesu spectat, denique credo te esse, qui es. 6. O propitiatorium peccatorum, pedes Domini Iesu Crucifixi, intra vestra Vulnera abscondite me, ô gazophylacium bonorum naturæ, & gratiæ, manus Domini Iesu Crucifixi, intra vestra Vulnera abscondite me, ô Cor Domini IESU Crucifixi, cubiculum amoris Divini, intra tuum amorosissimum Vulnus, abscondè me. 7. Gratias tibi Domine, pro æterna prædestinatione Deiparæ Virginis, gaudeo ejus Immaculata Conceptione, gaudeo è Materna ejus Virginitate, & Virginea Maternitate, gaudeo de ejus in cœlum assumptione, gloria ejus in terra & in cœlo, gaudeo eam esse, quæ est. 8. Sub vestrum præsidium, ô pedes MARIÆ, sub vestrum præsidium, ô manus MARIÆ, sub tuum præsidium ô Cor MARIÆ, sub tuum præsidium confugimus, Sancta Dei Genitrix. 9. Doleo Domine, quia te, hoc est summum, hoc est, amabilissimum, hoc est, per essentiam bonum, vel minimo peccato aliquando offendi, quod amo super omnia. 10. Imprimite vos mihi ô vulnera pedum

pedum Domini, ô vulnera manuum Domini, ô vulnus Cordis IESU, ut in anima mea, stigmata Domini IESU portem. 11. In omni Confessione, post quodcunque delictum, & in articulo mortis meæ, impetra mihi Beatissima Virgo, actum contritionis dolorosæ, superdolorosæ, eumque supernaturalem; impetra & omnibus poenitentibus meis, benefactoribus, imò & omnibus peccatoribus præcipue hodie agonizantibus. 12. Benedicta sit Sancta Trinitas. 13. Adoramus & te Christe, in cœlo, & Eucharistia existentem veneramur te, & in omnibus imaginibus tuis & benedicimus tibi. 14. Sed & benedicta sis, & venerabilis, Virgo MARIA in cœlo corporaliter existens, sed & in quibuscunque imaginibus miraculosa. 15. Sanctificetur nomen tuum Domine, in Oriente, sanctificetur in Meridie, sanctificetur in Occidente, sanctificetur in Septemtrione, sanctificetur in toto mundo. 16. Admitte me Domine, ad osculum vulnerum pedum tuorum, admitte me ad osculum manum tuarum, admitte me Domine, ad osculum vulneris Cordis Tui. 17. Beati pedes MARIÆ, qui in utero Virginis inclusum portarunt IESUM, osculor vos: beate manus, quæ toties illum gestarunt osculor vos: beatum cor, quod amavit, & toties osculis IESU dedicatum est, osculor te, quàm possum, & debeo amorósissimè. 18. O quàm multa Domine hodie, toto mundo, fient peccata, detestor illa omnia, ô si omnibus peccatoribus impetrare possem gratiam efficacem, ô si saltem uni, ne offendat te. 19. Fac me Domine IESU (nosti, quia ex corde dico) potiùs mori quàm te aliquando offendere, idque vel levissimo, deliberato peccato. 20. Non fido mihi Beatissima, & ne nos inducas in tentationem, impetrando mihi gratiam, ne tenter, tentatus, ut vincam. Offero tibi Domine, omnes actiones & passiones meas, naturales & supernaturales, sint omnia ista ad majorem Dei gloriam, secundùm quod ille finis noster, naturalis & supernaturalis, est. 22. Offe-

ro tibi, Humanitas Deificata Christi mei, omnes actiones & passiones Ecclesiæ tuæ, omniaque bona & sacrificia illius, præcipuè hodie facienda. 23. Offero & tibi Beatissima Virgo, omnes actus, falsi cultûs, ab Ethnicis scilicet & diffidentibus factos, eosque à malitia depurando, tibi oblatos vellem. 24. Offero tibi Deus meus, licet parvos & exiles, affectus tamen meos, totâ vitâ, hodie præcipuè ponendos. 25. Felicita illos Domine IESU. 28. Sint sub tuo patrocinio Virgo Mater. 27. Vellem hodierna die, tot actus amoris elicere, quot sunt scintillæ elementi ignis, tot item âctus doloris, quot guttæ elementi aquæ, tot actus conformitatis cum voluntate divina, quot sinus auræ tot, actus humilitatis, quot terræ pulveres, arenæ maris, atomi aeris. 28. Quoties cadunt guttæ roris & pluviæ, quoties cadunt nives, folia decidunt, toties Domine provolvo me ante te in cœlo, Eucharistia, ubique præsentem. Quoties Domine inclinantur arbores, folia, flores, aristæ, toties Domine vellem subdere me legi tuæ. Quoties gariunt aves, loquuntur homines, toties Domine vellem profiteri fidem meam. Quotiescunque moventur pulsus arteriæ, alæ, pedes, toties vellem Domine moveri in te, accedere ad te. Quoties Domine animata audiunt, aurisque sensu aliquid percipiunt, quoties reddunt horologia horas, rotæ strepunt, toties vellem vocem tuam intus audire. Quoties oculi aspiciunt, palpebræ nictitant, toties desidero videre te. Quoties Domine homines, & alia animata respirant, quoties afflant venti, toties Domine opto suspirare ad te. Quoties Domine cor meum movebitur, cor omnium hominum, cor item animatorum, toties vellem cor meum unire tibi. 29. Trade me Domine IESU, Divinæ providentiæ, sed ei, quæ de electis habetur. 30. Fac Beatissima, ut hodierna die impleam mensuram meritorum, quam sive absolutè, sive conditionatè, hodie à me implendam, prævidit ab æterno Deus. 31. Resi-

gno

gno me plene, Sanctissima Trinitas, in voluntatem tuam. 32. Tu Domine IESU, da mihi semper, præcipue hodie, gratiam cognoscendi eandem. 33. Et tu Beatissima, impetra mihi gratiam, ut impleam cognitam. 34. Commenda me Pater æterne Filio tuo. 35. Tu Fili æterni Patris, sis mihi propitius. 36. Et tibi, sit cordi, vita mea, & actiones meæ, Beatissima Virgo. 37 Gratias tibi ago, pro omnibus crucibus & afflictionibus meis, ô Beatissima Trinitas. 38. Fac me Domine IESU, plura amore tui pati. 39. Benefac autem inimicis meis ô Domina mea Sancta MARIA. 40. Memini Domine mortis & exitûs mei, da mihi Sanctissima Trinitas, ut in amore, & ex amore tuo moriar. 41. IESU agonizans, in agonia mea miserere mei. 42 Sancta MARIA Mater Dei, ora pro me, ora pro nobis peccatoribus, nunc, nunc, & in hora mortis meæ, & in hora mortis nostræ Amen. 43. Memini Domine & afflictæ Poloniæ tuæ, miserere ejus Sanctissima Trinitas. 44. Defende in illa Ecclesiam tuam Domine IESU. 45. Et tu spes Poloniæ, Beatissima Salve. 46. Sancte Angele Custos, ora pro me. 47. Sancti Angeli Custodes eorum, quorum animabus servio, & serviam, vel cum quibus versor, juvate me. 48. Sancte Angele, Dominum Iesum in agonia ejus in horto confortans, conforta me in agonia mea. 49. Sancte Ignote, hoc est is, de quo novit Deus, quòd me è cœlestibus impensius ames, ne derelinquas me. 50 Sancti ad quorum Ecclesiam vivo, & in qua (ut spero) sepeliar. 51 In particulari N. N. adeste mihi. 52. Beate N. N. 53. Sancte N. N. 54 Sancti mei Status & Officii, conciliate mihi Dominum. 55. Omnes Sancti Angeli, omnes Sancti Innocentes, Sancti veteris testamenti, Sancti Apostoli, Martyres, Confessores, Sancti, qui mihi sortitione menstrua obtigistis, Sanctæ Virgines, Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedite pro me. 56. Sancte Patrone Mensis præsentis, impetra mihi gratiam abstinendi à

peccatis. 57. Gratiam mortificandi meas passiones. 58. Benedictionem in negotiis meis.

Et hic fac propositum cavendi specialiter aliquod peccatum, & faciendi, hac die, aliquem actum virtutis. 59. Propter Sanguinem manus dextræ, Domini IESU Crucifixi, omnibus, qui ad Dominum IESUM Crucifixum devoti fuerunt, Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. 60. Propter Sanguinem manus sinistræ, Domini IESU Crucifixi, illis qui ad Beatissimam, præcipuè Immaculatè conceptam, devoti fuerunt, Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. 61. Siquidem S. Franciscus Xaverius, in apparitione Patri Marcello Mastrilli (ut historicè narratur) significavit, gratum sibi fore, si quis orarit pro animabus Indorum, in Purgatorio existentibus, ora pro illis. 62. Ora pro animabus Purgatorii, hac nocte defunctorum. 63. Ora & in universum, pro omnibus animabus Purgatorii. 64. Da Sanctissima Trinitas benefactoribus meis, iis, qui sunt in gratia, augmentum amoris tui, qui in peccato, contritionem; utrisque felicem agoniam: da illis Domine in ægritudinibus, & crucibus patientiam, da illis bonam sanitatem, augmenta famæ, honorum, bonorum temporalium; da illis Domine, omnes eis competentes, benedictiones tuas, temporales & æternas. 65. Defunctis benefactoribus meis, dona Pater æterne, Fili æterne, Spiritus Sancte æterne, Unitas essentiæ æterna, Trinitas personarum æterna, dona, inquam, requiem æternam, & lux perpetua luceat eis.

ACTUS ANTEMERIDIANI.

1. Fiant actus præparativi ad Missam, ut habentur in Liturgia Universali. Oretur ad Christum Crucifixum, & Beatissimam, pro iis, quibus Sacrum, in quantum satisfactivum, est applicatum. 2. Fiant actus gratiarum activi, post Missam, ut habentur in Liturgia Univer-

niversali. Insuper addatur continuata ad vulnera Domini pro defunctis oratio. 3. Propter Sanguinem extimi vulneris pedis tui dextri, omnibus pauperum, & egenorum, animabus, Requiem æternam dona eis Domine. 4. Propter Sanguinem intimi Vulneris, pedis tui dextri, omnibus pridem mortuis, quorum vix jam memoria, imo forte nulla exstat, Requiem æternam dona eis Domine. 5. Propter Sanguinem extimi vulneris, pedis tui sinistri, omnibus quos à me vis juvari, Requiem æternam dona. Adde Orationem ut supra, & actus pro benefactoribus, directos ad Dominum JESUM Crucifixum, & ad eundem dirige, dicendo pro iisdem, Requiem æternam.

ACTUS AD SANCTOS PATRONOS.

Pro die Dominico & Feria 4ta.

GRatias tibi Domine, pro omnibus beneficiis naturæ, & gratiæ, datis Sancto Angelo Custodi, Martyribus Indiæ, Sanctis statûs mei, Sanctis, qui sortitione menstrua mihi obtigerunt, Ss. familiæ Marianæ, Ss. Angelis assistentibus, Ss. quorum die ingressûs olim in cœlum, ego è vita egrediar, Ss. Patronis, quos unusquisque pro sua devotione habet, v. g. Beato Stanislao & Ignatio, Francisco, Chrysostomo, & Magdalenæ, Petro & Paulo, Iosepho. *De Sanctis Angelis Assistentibus, vide dicta in festo SS. Angelorum, Affectu* 17. Auge illis Domine, gloriam accidentalem. Offero tibi actiones illorum, in satisfactionem pro peccatis meis. sed magis ad Majorem tui gloriam.

Pro Feria 2da, & 5ta.

Gratias tibi Sancte Angele Custos, Sancti Martyres Indiæ, &c. pro omnibus beneficiis quæ mihi à Deo Domino, impetrâstis. Perge mihi illa impetrare, Sancte Angele Custos, Sancti &c. &c. Impetra mihi Angele Custos, Ss. Martyres Indiæ, actionum, à me pro

Deo inchoatarum, finem completum, vitam pacatam, sanctam benedictionem in hoc loco, mansionis & officii mei. In particulari impetra mihi Angele Custos usum præsentiæ Dei, Sancti Martyres Indiæ, patientiam in adversis, Sancti status mei, amorem vocationis meæ, Sancti qui me amatis, affectum devotionis, Familia Mariana, amorem Beatissimæ, Sancti Assistentes, cultum Eucharistiæ, Sancti mortis meæ: felicem mortem quoad corpus & animam. Disponat similes petitiones unusquisque in ordine ad Sanctos quos habet Patronos v. g. impetra mihi Sancte Pater Ignati Spiritum Societatis, & ut tu nobis sis Pater, nos tibi Filij. S. Francisce Xaveri zelum animarum, & ut excitet in nobis Dominus spiritum, cui tu Indiarum Apostole, servivisti. Sancte Ioannes Chrysostome, impetra meditatas Sacræ Scripturæ explicationes. Sancta Maria Magdalena, directionem ad me miserum, magnorum peccatorum, Sancte Petre, corroborationem in fide, & propulsationem spiritus blasphemiæ. Sancte Paule, linguam Angelorum, in loquendo de Deo.

Pro Feria 3tia & 6ta.

Amo te Sancte Angele Custos, Amo vos Martyres Indiæ, &c. Ama me Sancte Angele Custos, amate me Sancti Martyres Indiæ, &c. &c. Gratias tibi S. Angele Custos, pro omnibus quæ amore Dei egisti. Gratias & vobis, SS. Martyres Indiæ &c.

Pro die Sabbathi.

Ama pro me Virginem Matrem, Sancte Angele Custos, Amate pro me Virginem Matrem, Sancti Martyres Indiæ &c. &c. Redde Virgo Mater, Angelo meo Custodi, omnia, quæ amore tui, pro me hac septimanâ fecit. Redde Virgo Mater Sanctis Martyribus Indiæ &c. &c. Reverere pro me Virginem Matrem, Sancte Angele Custos. Revereamini pro me Virginem Matrem, Sancti Martyres Indiæ &c. Propter Sanguinem intimi vulneris, pedis tui sinistri, Domine IESU Crucifixe, omnibus

cum

cum quibus sepeliar, & iitis quorum corpora requiescunt in Ecclesia, ad quam vivo, celebro, Requiem æternam dona Propter Sanguinem dorsi flagellati, Domini Iesu, omnibus nunc nunc primùm mortuis, Requiem &c. Propter Sanguinem ejusdem dorsi, omnibus, qui peccatis carnalibus implexi, & tamen, certè mirabiliter, salvati sunt, Requiem æternam dona eis Domine, &c.

ACTVS POMERIDIANI.

1. BEnedic mihi Deus Pater, Deus Verbum, Deus Amor, Deus Unitas, Deus Trinitas. 2. Benedicite mihi pedes, manus, cor, Iesu Crucifixi. 3. Benedicite mihi pedes, manus, cor, Virginis Matris. 4. Adoro Euchariſtiam Eccleſiæ ad quam vivo, & totâ Poloniâ; adoro Viennæ, & totâ Germaniâ; adoro Romæ & totâ Italia; adoro Pariſiis & totâ Galliâ; adoro Madriti & tota Hiſpania; adoro Ulyſſipone, & tota Luſitania; adoro Goæ, & totâ India; adoro Euchariſtiam, inter Schiſmaticos, Hæreticos, Ethnicos, adoro ubicunq; tandem exiſtentem. 5. Date mihi pedes, Iesu, manus Iesu, cor Iesu, Spiritum Apoſtolicum. 6. Date mihi pedes, manus, cor, Mariæ, felicitatem ad animas. 7. Moriar pro te, Sanctiſſma Trinitas 8. Moriar pro te, Domine Iesu Crucifixe. 9. Moriar pro te, Virgo mea Mater. 10. Redeant ad te, Sanctiſſima Trinitas, quicunq; in peccato mortali exiſtentes; Schiſmatici, Hæretici, Perſæ, Turcæ, Iaponii, Sinenſes, totus mundus ſerviat tibi. 11. Redeant ad te, Domine Iesu Crucifixe, quicunq; in peccato mortali exiſtentes, &c. &c. totus mundus ſerviat tibi. 12. Redeant ad te, Deipara Virgo, omnes peccatores, &c. &c. & beatam te dicant omnes generationes. 13. Propter Sanguinem capitis Domini Iesu, ſpinea coronâ puncti, omnibus, qui aliàs diu in Purgatorio, futuri eſſent, excogitatis mediis, accelerandæ beatitudinis, Requiem æternam dona eis Domie, &c. 14. Propter Sanguinem capitis Iesu, ſpineâ corona puncti, omnibus nationis meæ, præcipuè his bellis ſublatorum, anima-

bus, Requiem æternam dona eis Domine, &c. 15. Propter Sanguinem cordis Domini Iesu, lanceâ aperti, omnibus jam jam in cœlum ituris, quibus adhuc aliquid desideratur, Requiem æternam dona eis Domine, &c.

ACTUS ANTEVESPERTINI

1. DA Sanctissima Trinitas sanctitatem in ordine ad se, & in ordine ad salutem aliorum, felicitatem, omnibus, qui manent & mansuri sunt, v. g. Laureti, Częstochoviæ, vel ad corpus, Indiarum Apostoli S. Francisci Xaverii, omnibus prædicaturis fidem Ethnicismo, omnibus morituris pro fide, omnibus, Hæreticos & Schismaticos conversuris, omnibus Concionatoribus, Confessariis, disponentibus ad mortem, & hominibus ejusdem mecum status. In particulari oro te Domine pro N. N. 2. Da Domine Iesu Crucifixe, sanctitatem in ordine ad se, & in ordine ad salutem aliorum, felicitatem, omnibus &c. &c. &c. Et in particulari oro te Domine pro N. N. 3. Impetra Beatissima Virgo, sanctitatem in ordine ad se, & in ordine ad salutem aliorum, felicitatem, omnibus &c. Et in particulari oro pro N. N. 4. In omni loco, in quo sunt homines, in quo non sunt, in omni loco aquæ, aëris, sphœræ ignis, in omni loco, in quo Deus offensus, amatus, martyriis cultus, in omni loco vitæ Mariæ, vitæ & passionis Iesu, in omni loco Inferni, Purgatorii, Cœli, præcipuè in loco corporalis existentiæ Iesu, imò in omni loco Dominationis Dei, benedic anima mea Dominum. 5. Date mihi, pedes Iesu, date manus, da cor Iesu, Spiritum Apostolicum. 6. Date mihi, pedes, manus, cor, Mariæ, felicitatem ad animas. 7. Fiat mecum voluntas Tua Sanctissima Trinitas. 8. Da mihi Domine Iesu, semper cognoscere voluntatem tuam. 9. Da mihi Virgo Mater, cognitam Dei voluntatem, semper implere. 10. Videam te Deus Pater, Deus Verbum, Deus Amor, Deus Unitas, Deus Trinitas. 11. Videam vos pedes Iesu, manus Iesu, cor Iesu;

sui videam te Domine IESU. 12. Videam te etiam in agone meo, Virgo mea Mater. 13. Da Sanctissima Trinitas, sanctam mortem, omnibus, præcipuè hodie agonizaturis. 14. Da Domine IESU Crucifixe. 15. Impetra Beatissima Virgo. 16. Miserere Sanctissima Trinitas Poloniæ tuæ. 17. Defende Domine IESU, in illa, Ecclesiam tuam. 18. Spes Poloniæ tuæ, Beatissima, salve. 19. Propter Sanguinem cordis, Domini IESU, lanceâ aperti, omnibus notis meis, Requiem æternam dona eis Domine. 20. Propter eundem Sanguinem, omnibus Consanguineis meis. 21. Propter eundem Sanguinem, omnibus pœnitentibus meis. 22. Propter eundem Sanguinem, omnibus benefactoribus meis, Requiem æternam dona eis Domine, &c. 23. Propter Sanguinem totius Corporis tui, unum vulnus facti, omnibus animabus Purgatorii, Requiem æternam dona eis Domine. 24. Fac actus ut supra, pro benefactoribus, directos ad Beatissimam. 25. Requiem æternam, precare iisdem, ad pedes, manus, cor MARIÆ.

ACTVS EVNTIS DORMITVM.

1. CRedo Deum esse, & Remuneratorem esse, teste cœlo & terrâ; & ad eum, tanquam ad ultimum finem, cor meum converto. Gratulor, amo, omnes perfectiones ejus, gaudeo de illis, confiteor, & credo omnes illas. Credo, quidquid credit Sancta Romana Ecclesia, morior, & indormisco, ut Catholicus, dolens, quòd pro fide, non sim mortuus. 2. Doleo, non tantùm pro archimortalibus peccatis meis, sed etiam pro venialissimi peccati, veniaIiori malitia, ob hoc purè: quia Deus meus summum bonum est, quem, ex toto corde, amo, super omnia. Detestor, non solùm mea, sed & totius mundi, quandocunque, hodie præcipuè, facta peccata. Desidero submergere, balneare animam meam, in Sanguine Domini, lacte Virginis. 3. Gratias tibi Domine,

pro beneficiis communibus cum Universo, communibus cum Christianitate, quia Christianus natus sum, & non in genere, ubi non auditur, quid sit Deus? quid Christus? communibus cum hac classe Christianitatis, quia v. g. de hac Religione sum, quia v. g. Sacerdos sum, pro beneficiis item mihi propriis, ut quia toties Sacramentis munitus, afflictus cum affligi debui; & pro admirabili contemperatione mearum depressionum, cum meis erectionibus. Quid & tibi reddam Domine IESU, pro sanguineo imbre tuo? pro lactis tui rore, Beatissima? pro tuis in me amoribus, protectionibus? Quid Angelo Custodi, pro custodia in tot itineribus, periculis, negotiis? Quid Sanctis Patronis in statu meo, studio Literarum, in Concionibus, Conversationibus? in particulari quid Sanctis N. N. 4. Innovo Domine, quidquid aliquando pro te feci, cogitavi, dixi, scripsi, quidquid passus sum. 5. Suppleo omnes defectus meos, suppleo, quia non implevi mensuram meritorum, quæ alioqui habuissem, si gratiis oblatis cooperatus fuissem. Sed quo suppleo? Sanguine Domini mei, meritis Beatissimæ & Sanctorum! & quia nunc amo Deum, quàm possum flagrantissimè. 6. Parco Domine, non tantùm inimicis, qui me actu offenderunt, sed & iis, qui offendissent, si occasio, vires, suppetiissent. 7. Da Domine finalem perseverantiam mecum agonizaturis, Requiem iis, quos in purgatorio reperiam, accidentalem gloriam Sanctis, benedictionem me dispondituro ad mortem, & mei forte curam, in extrema infirmitate habituris: 8. Protestor Domine, quia nulli in vita, nulli in morte mea, volo tentationi consentire. 9. Illumina me Domine, si quid in anima mea latet, quod expiari adhuc confessione debeat. 10. Communico Domine mente & spiritu, communico autem per modum Viatici, jam autem Unctio extrema, sit mihi Unctio Sanguinis Domini. 11. Valedico Sanctissimæ Trinitati, quasi nunquam eam, in carne mortali, ampliùs adoraturus. Valedico Christo Crucifixo, Beatis-

tissimæ, Vicinæ Eucharistiæ, Ecclesiæ, amicis, inimicis. 12. Testamento lego, famam meam, linguis, carnem, vermibus, animam Purgatorio, ut Iustitiæ Divinæ fiat satis: postea manibus Beatissimæ, offerendam Christo: à Christo, offerendam Deo. 13. In manus tuas Domine. 14. Ad clavum pedum tuorum Domine, indormisco, respiro, in illos spiro. Repetantur actus sparsim facti, ad Vulnera Domini, pro animabus Purgatorii.

ACTUS ANTE RECITATIONEM OFFICII DIVINI.

1. VOlo dicere Officium, quia Ecclesia mandat præcisè tanquam obediens. 2. Sisto me Domine cum hac recitatione Officii, v. g. ante cunas tuas, & quasi ante præsepe, te plenum, te vagiente, dicerem officium. Vel: quasi orarem sub Cruce, te adhuc, in illa, palpitante. Vel: quasi orarem inter medias Purgatorii flammas. Vel: quasi orarem ante conspectum Sanctissimæ Trinitatis, nondum visæ, post hanc recitationem, statim videndæ &c. adeoq; quasi ultimò in hac vita illud recitarem. 3. Volo dicere Officium, ut sanctificem linguam meam, quæ toties peccavit, dignamque reddam dono communicandi, dono item consecrandi, absolvendi, sancta loquendi, orandi melius. 4. Infimus, qui est, Sanctorum orat, orat & maximus Sanctorum Christus, imitabor illos, sicque orabo, ut complaceat Domino, quòd imiter Sanctos ejus. 5. Quid felix æternitas? oratio æterna! hanc præcerpam, & ita orabo, ac in cœlo orarem, si illic jam essem. 6. Quoties linguam movebo, literas aspiciam, respirabo, toties Deum meum amo, glorifico adoro, in Ecclesiis sacramentaliter, & in cœlo beatificativè positum, toties vellem mori pro illo, toties pulverizo me ante illum. 7. Sensu habito, præcipuè à Sanctis Anachoretis habendo, intento à Spiritu Sancto, recito Psalmos. 8. Hac oratione volo supplere omnes blasphemias contra Deum, etiam damnatorum. 9. Omnes Orationes, eti-

am

am possibiles & Theandricas, compingere vellem, in hac oratione mea. 10. Tingo linguam meam, in vulneribus Domini nostri, ut gratius illi orem. 11. Desidero impetrare prædestinatis, qui non habent copiam baptismi, baptismum sive fluminis, sive flaminis, Sanctis amorem, peccatoribus contritionem, ægris sanitatem, quibuscunque indigentibus, subsidium vel levamen, agonizantibus perseverantiam, requiem defunctis, gloriam accidentalem Sanctis, etiam bestiis, sua bona.

Actus ante Communionem à Pag. 1. ad Pag. 7. Aptentur Actus Loco Sacrificii ponendo Communionis nomen. Actus post Communionem à Pag. 24. ad P. 28.

ACTUS SALUTATIONIS BEATISSIMÆ.

Hæc Decas Salutationum Beatissimæ, servire poterit, pro methodo decurrendarum decadum, sive Coronæ, sive Rosarij.

1. SALUTO te Beatissima, eo affectu, quo salutat te Æternus Pater, tanquam Filiam suam, vel sibi comparentalem. 2. Saluto te Beatissima, eo affectu, quo te salutat Verbum æternum, tanquam suam Matrem. 3. Saluto te Beatissima, eo affectu, quo te salutat Spiritus Sanctus, tanquam suam Sponsam. Docet S. Evangelium, quòd Christus fuerit subditus illis, hoc est Beatissimæ, & Sancto Ioseph. *Hinc* 4. Saluto te Beatissima, eo affectu, quo affectu te salutabat humanitas Christi, tanquam suam Dominam. Sunt qui docent Angelum Gabrielem, dum veniret ad salutandam Beatissimam, reperisse illam legentem, & expendentem illa Prophetiæ verba: Ecce Virgo concipiet, desiderantemque, ut posset esse à servitiis, ancillarique Matri Messiæ. *Ex hoc fundamento* 5. Saluto te Beatissima, eo affectu, quo tu salutasses Matrem Messiæ, si ipsa non fuisses sublimata, ad dignitatem *Matris* Dei. 6. Saluto te Beatissima, eo affectu, quo salutavit te primùm in hoc mundo Angelus Gabriel. Indubitatè isti, qui in carne norant Beatissimam, magno affectu

ctu & cultu, ſalutaſſe illam debuerant. Collige id ex Hiſtoria Sancti Dionyſii Areopagitæ, qui fertur dixiſſe, ubi Beatiſſimam vidit: Si me fides non doceret, Deum unum eſſe, pro Deo Beatiſſimam colerem. Quanta item devotio, fuit Sancti Bernardi, dum Beatiſſimæ diceret: Ave Maria, reſpondebat illi Beatiſſima: Salve Bernarde. Interrogatus item Beatus Stanislaus, an amaret Beatiſſimam, quaſi non humanâ voce reſpondiſſe viſus: Quid dicis Pater? Mater mea eſt. *Itaq;* 7. Saluto te Beatiſſima, eo affectu, quo te ſalutarunt Sancti, qui te in carne norant, quo te ſalutarunt Sancti, qui ante nos fuerunt, quo te ſalutant nunc, & ſalutabunt, uſque ad ultimam ſalutationem, quam tibi in hac vita dicam.

Nunquam erit Eccleſia Dei, ſine ſervis Dei, adeoque & amatoribus Beatiſſimæ; pauci quidem erunt, ſed inſignes ſervi Dei, qui ad tempora Antichriſti vivent. *Proinde* 8. Saluto te Beatiſſima Virgo, eo affectu, quo te poſt exitum meum è vita hac, ſalutabunt Sancti, præcipuè ad tempora Antichriſti. 9 Saluto te Beatiſſima, eo affectu, quo affectu ſalutarunt, ſalutant, ſalutabunt te animæ in Purgatorio. 10 Saluto te Beatiſſima, eo affectu, quo affectu ſalutarunt, ſalutant, ſalutabunt te, Sancti Dei, primum, poſt Deum viſum, adoratum Chriſtum. Saluto te omnibus ſalutationibus illorum, totâ æternitate duraturis.

ACTUS AD PULSUM HOROLOGII

Ad 1mam, Unus in Eſſentia, & unice Deus, quando te noſcam notitiâ beatâ? quando te fruar amore æterno?

Ad 2dam. O Compoſitum ineffabile duarum Naturarum, Divinæ & Humanæ, Perſona Verbi æterni terminatum, quando te videbo?

Ad 3tiam. Mare myſteriorum Sanctiſſima Perſonarum Trinitas, in una Natura, quando abſorbebor in te beatè?

Ad

Ad 4tam. Quatuor Sancti Evangelistæ, docete me, & dulcorate mihi Sancti Evangelii doctrinam. *Vel:* Quatuor Sacra animalia, currum gloriæ Dei trahentia, facite ut & ego gloriam Dei mei portem.

Ad 5tam. Quinque Vulnera Domini IESU abluite me; admittite me, ignificite me.

Ad 6tam. Sex alæ Cherubinorum, quando etiam me ante Deum meum attolletis, statuetis?

Ad 7mam. Septem Spiritus, ante Tronum Dei stantes, ô si & ego vobiscum ante Vultum Dei mei starem, vobiscum unà, illi servirem!

Ad 8vam. Octo Beatitudines, cur ego vos, in terra factis non impleo? quando vobis in cœlo fruar?

Ad 9nam. Novem Chori Angelorum, admittite me ad vestram societatem, jam tempus est, ut perpetuo inhæream Deo meo.

Ad 10mam. O Domine, sub tempus agoniæ meæ, cadant à latere meo mille hostium animæ meæ, & decem millia, à dextris meis.

Ad 11mam. Undecima hora est jam, est jam penultima hora. Hodiernus vitæ meæ dies, hæc ipsa hora, nonne est hora, proximè ultimam antecedens?

Ad 12mam. Duodecim Apostoli, facite me imitari virtutes vestras. *Vel:* Tu Domine noluisti habere duodecim legiones à Patre tuo: mitte mihi illas ad agonem meum. Æterna æternitas, & quidem felix, apprehendam te, apprehende me. Iuvabit etiam meminisse ad singulas horas, mysterij, quod tunc in Ecclesia solenniùs celebratur.

ACTUS REFECTIONIS

INtingo Domine omnes bolos meos, in Sanguine tuo *Vel:* Lacte virginis, *Vel:* phlegmate, consputæ faciè tuæ. 2. Osculor Domine sanctum attributum tuum Providentiam tuam, qua suppeditante, vivo. 3. Istis Domine, qui nobis benefaciendo providerunt,

si jam in cœlo sunt, auge gloriam accidentalem; si in purgatorio, pœnam minue; viventibus autem, temporaliter, compensa. 4. Collætor servis tuis, quibus abunde providisti, contristor angustiatis. 5. Miror Domine, si mihi benefeceris: accepto si afflixeris. 6. Propono Domine, me non surrecturum ab hac mensa, nisi sacrificio mortificationis aliquo, tibi oblato. 7 Iesu felle & aceto potate, talisne te decebat refectio! vere me, ea, quam mihi providisti non decet! 8. Desidero Domine, ut à necessitatibus meis eruas me, etiam per inediam vellem transire ad regnum, quod neque est esca, neque potus. 9. Respice Domine super hanc familiam tuam, mecum reficiendam, pro qua Dominus noster Iesus Christus, non dubitavit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum. 10. Iis, qui ante me hic refecti sunt, Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.

ACTUS ANTE AUDITAS CONFESSIONES.

1. Gratias tibi ago Domine anticipatò, pro gratiis, & benedictionibus tuis, quas mihi dignaberis dare, in audiendis Confessionibus, & pro iis, quas hactenus liberaliter dedisti, & pro miranda ordinatione tua, quâ diriges, & hactenus direxisti, varios ad me pœnitentes. Sed unà etiam tibi gratias ago, pro beneficiis & gratiis, quas impendisti, pœnitentibus meis, & impendes. 2. Ne respicias Domine delicta mea, sed sanctâ tuâ Providentiâ, dirige ad me has animas, quas direxisses, nisi peccatis & indignitatibus meis obstitissem, præcipue dirige modò, eos, quos à me, juvari vis. 3. Emendico à tua benignissima Sanctitate, ut ad me, quàm maximos dirigere digneris peccatores, ut ita, pro magnis meis peccatis, magnis conversis peccatoribus, tibi exsolvam. Et si quid proximis meis Sacerdotibus tuis, invidere deberem, conversionem magnorum peccatorum inviderem. Sed conver-

tant

tant alii, quàm felicissimè, quàm sanctissimè: nam me, & ineptum, & indignum instrumentum esse, sincerè tibi confiteor. 4. Da Domine hodie confessuris, gratiam sinceræ & dolorosæ confessionis. 5. Anticipatò, peccata quæ hodie audiam ex corde, detestor Domine, unioq; hanc detestationem, cum ea, quam Christus, Beatissima, Sancti exercent, peccatorum detestatione. 6. Oro vos Sancti Patroni, quorum nomina ferunt hodierni pœnitentes mei, oro & vos Sancti illorum Angeli Custodes, ut impetretis gratiam illis, sanctè faciendæ, mihi sanctè audiendæ Confessionis illorum. 7. Assistite mihi Sancti in cœlo jam triumphantes, qui vos audiendis in hac vita Confessionibus, singulariùs impendistis, talentumque vestrum, mihi amore Dei, impetrate. E-ligo te Sancte N. N. pro speciali Patrono, hodie à me audiendarum Confessionum. 9. Laboriosum tædium audiendarum Confessionum, offero Domine, tuo sancto affectui, quem habes, ad conversionem peccatorum, tuoque ô Beatissima Virgo: offero autem pro peccatis pœnitentium hodiernorum, & ut impetrem mihi gratiam, dignè & competenter in conspectu tuo, excipiendi Confessiones. 10. Intingo linguam meam in Vulneribus tuis Domine, ut des mihi gratiam penetrativè loquendi ad cor pœnitentium. Immitte & tu Beatissima, stillam lactis Virginei, in os meum, ut efficaciter commendare possim, fugam carnalium peccatorum. 11. Conjuro vos per Nomen Sanctissimæ Trinitatis, per Nomen Iesu & Mariæ, omnes maligni spiritus, ne præpedieritis cursum confessionum sanctè obeundarum. Hinc Domine quoties Signum Crucis ante, & post Confessionem, supra pœnitentes meos faciam, toties malignos spiritus abactos vellem, & fugatos. 12. Volo Domine, potestate, à te mihi, & ab Ecclesia tua, collatâ, absolvere pœnitentes meos, secundum intentionem Christi, & Ecclesiæ. 13. Fac propositum fugiendi aliquas imperfectiones, quas alias committebas, in audiendis Confessionibus. Refle-

xoq;

6

I N D E X

P

30
40.
12.
50.
132..